Olidum fœtidum hic poeta uehementer excandeſcit. Ruborem pudorem.eſt autem pudor timor iuſtæ repræhẽſiõis cuius ĩdex eſt rubor. Terẽtius. Vide nũ eius color pudoris ſignum uſq; indicet. Ferreo duro infatigabili. Nihil mouetur noſtris:ſcilicet conuiciis. Ratio ſcilicet repoſcendi. Pudica & proba cũ iurgando nihil profecerit ad p̃ces deſcẽdit.

De Amica formiani.

Alue nec minimo puella naſo
Nec bello pede:nec nigris ocellis
Nec longis digitis:nec ore ſiccõ
Nec ſane nimis elegante lingua:
Decoctoris amica formiani
Ten prouincia narrat eſſe bellam:
Tecum leſbia noſtra comparatur.
O ſæclum inſipiens & ifacetum.

In Acmen puellam.

Alue nec minimo puella naſo. Inſectatur & exagitat eandem acmen omnem ferre puellarem deformitatẽ obiiciens illi:quæ & bella eſſe dicebatur: & cum Leſbia inepte atq; iniuſte comparabatur. Nec mi.maximo naſi magnitudo cum in uiris ſit deformis ĩ muliere deformior habetur. Nec bel.pe. aut tortuoſo:& claudo aut nimis longo:pedis enim longitudo in puellam laxioris naturæ ſuſpitionem facit:uñ Oui.ĩ iii.amorum de puellari uenuſtate loquens ait. Pes erat exiguus pedis eſt aptiſſima forma. Nec ni.oc.oculorum & ſuperciliorum nigricies in muliebri uenuſtate quæritur:nam quæ mulieres natura nigra non habebant ſupercilia denigrabant arte:quod tetigit Iuuenalis ſcribens. Ille ſupercilium madida fuligine tinctum. Obliqua producit actu:pingitq; trementes Attolens oculos. Nec longis di.nec ore ſicco: quæ oĩa inſignem deformitatem faciunt. Iuuenalis. Sicco uenit altera naſo & iam grauis es nobis & ſæpe emungeris. Lingua.oratione quæ plurimum poteſt ad amorem & gratiã cõparãdã. ANTO.

Alue nec nimio. Catullus ægre ferens q̃ acme puella inuenuſta cum Leſbia puellarũ pulcherrima comparatur ei obiiciunt omnem corporis deformitatẽ. Naſo magnitudo naſi multum dedecet mulierem. Horatius depigis naſuta breui latere ac pede lõgo. Maiores autem noſtri ut tradit Plinius dicauerant naſum ſubdolæ irriſioni unde hodie quoq; naſuti dicuntur aſtuti deriſores. Nec bello:nec paruo. Ouidius. Pes erat exiguus pedis eſt aptiſſima forma. Nec nigris ocellis roculi nigri coloris in homine plurimum laudantur. Horatius. Et lycũ nigris oculis nigroq; crine decorum. Plinius libro.xi. Hiſtoria.natura. oculi homini tantum diuerſo colore. Cæteris in ſuo cuiq; genere ſimiles:& æquorum quibuſdam glauci. ſed in homine numeroſiſſimæ diuerſitatis atq; differentiæ. Nec ore ſicco nimia ſaliuæ abundantia. quod quidem fœdiſſimum eſt. Decoctioris dictum eſt ſuperius:qui uocentur decoctores. Ten:tene. Prouincia regiones longe ab Italia a Romanis bello acquiſitæ prouinciæ dicebantur. quarum aliæ erant conſulares aliæ prætorie. conſulares Aſia & africa: reliquæ prætoriæ. Strabo eſt auctor. Noſtra ſubaudi amica. O ſeclum inſcipiens & infacetum. in quo deformes cum formoſis comparantur. PAL. Strabo

Verſus Scazon de agro ſuo.

ANTO. VNde noſter ſeu ſabine ſeu tyburs. Agro ſuo tyburtino ſeu ſabino gratulatur: agitq; maximas gratias: q; ab eo ſit commodiſſime hoſpitatus ac libentiſſime in eius uilla p aliquot dies moratus: quum a Sextii conuiuio incommodiſſimo euaſiſſet. Sabini latii populi tyburtinis confines unde diſſenſio erat utrum Catulli prædium inter Sabinos an magis in tyburtinis recenſeretur. Plinius. Sabini ut quidam exiſtimauere a religione & deorum cultu ſauini appellati ſunt. Aulus Gellius ex Marco Varro ſententia refert ſabellos & ſaunites a græcis appellari eos quia latinis Sánites dicuntur. Qui a ſabinis orti fuerunt. Autumant. opinantur: cenſent: exiſtimant. Non eſt cordi. non placet. Lædere Catullum. qui fundum ſuum Tyburtem appellari uult. Alia qui tam pectore expulſus ſim. ſenſus eſt. quiego Catullus ex alia uilla ſextiana ſum ob eius ĩcommoda expulſus tam merito pectore q̃ mihi mea mens & animus malo cõſilio illac ductus meretur. Alia. ex alia uilla ſextii. Pectore non immerenti. mei pectoris meriti tuſſim & exagitationẽ grauedinoſam: aer enim ibi grauedinoſus eſt. Dedit. uilla ſextii. Sextianus. i. Sextii pro quo egregio ciue romano Tullius orauit. extatq; adhuc Ciceronis pro Sextio oratio: Munacii: Munacius Plancus orator non incelebris fuit Ciceronis temporibus. ac ut quibuſdam placet Ciceronis diſcipulus. Petitorum: ordo eſt orationem petitorum Munacii. i. petionẽ ipſius Munacii. Veneni: rabiei uenenoſæ criminatiõis. Peſtilẽtiæ. peſtiferor; ſceler; ac cõuicior; ſcelerata enĩ cõuicia uenenũ appellat: ut ſuperi⁹. Suphenũ oĩa colli gáuenena. Ocio. q̃eta tranqlla & ocioſa. Vrtica: aut pro quacũq; uili herba. aut qa urtica medeẽ ut ſcri. Pli. Deurticæ medicis Pli. li. xxii. ẽ itẽ urtica marinus piſcis qui a græcis dr

Deprecor. recuſo. Vir. Eqdẽ merui nec depcor inqt de hui⁹ uerbi ſignificatis plura differit Gellius. Cepſo. incepero ſiue incipiam: futurum antiquũ imitatione græca Sentire: audire uix auribus admittere. Grauedinem. catarrum. Non mihi ſed ſextio: urbane dictum.

PAL. VNde noſter. Verſus eſt trimeter iambicus Catullus a Sextio amico ad cœnam ſuitatus cum orationem quam maledictis plenam Munacii Plãci competitores fecerant legiſſet: ipſe repente ĩ grauiſſimam tuſſim incidit: qua cum cuperet liberari: & ſciret ei ocium & urticam mederi: in agrum ſe recepit: ubi & ocium & urticæ copiam eſſet habiturus: nunc autem poſtq̃ uidet ſibi bene eſſe ad urbem rediturus uille gratias maximas agit q;

Terentius eius beneficio tanto malo ſit liberatus. Quibus non ẽ cordi quibus non placet. Terentius. Aut ſi hæ nuptiæ ſunt tibi cordi. At quibus cordi eſt. quibus placet. ſ. lædere Catullũ Cum enim hic noſter fundum haberet in agri ſabini Tyburtiniq; confinio: de eo ambigebatur: amici contẽdebant ipſum eſſe in agro tyburtino: Inimici uero in agro ſabino. ſed quantum illi adderent aut hi adimerent rebus catulli non eſt noſtrum quærere. Villa: uillæ ſunt dom⁹ in agris lapideæ quæ ſi ampliores ſint & ma

Martialis gnis ſumptibus ædificatæ prætoria dicuntur. Martialis. Ad lapidem torquatus habet prætoria quartum.

Iuuenalis Ad quartum breue rus emit Otacilius: & Iuue. Criminibus debent ortos prætoria menſas. Nam ſextian⁹ dum uolo eſſe conuiua: dum apud Sextium cœnare gaudeo. Munacii munacius plancus orator fuit temporibus Ciceronis a quo cum Galliam comatam regeret lugdunum conditum fuiſſe ſcribit Euſebius. Petitorum eorum. ſ. qui una cum Munacio eundem magiſtratum petebant. Veneni & peſtilentiæ. i. maledictorum. quæ illi ĩ Munacium ingerebant. Frigida: ex frigore orta: eſt autem grauedo morbus capitis cum

Virgilius pituita nares tantum obſidet græceq; coriza appellatur. Quaſſauit: ſic etiam Virgi. Et quatit ægros tuſſis

Plinius anhella ſues. Recuraui ocio & uttica tuſſi urticam mederi indicat Pli. li. xxii. his uerbis. Condidit laudes eius phanias phyſicus utiliſſimam cibis coctam: conditam ue profeſſus arteriæ tuſſi & uentris diſtillationi. & Celſus libro. iiii. de tuſſi loquens: cibus interdum mollis ut malua & urtica. Quare refectus: quapropter inſtauratus. Nec deprecor: nec recuſo. Nefaria: ſcelerata nefandum. ut Aſconius pedianus ait id dicitur quod nulli ſandum ſit: nefarium quod ſacra poluit fare pio ſolita celebrari. Sexti: a quo ad cœnam inuitatus fuerat. Recepſo: recipio ſiue reſummo: eſt autem uerbum quo uſi ſunt ueteres. Grauedine. catarr

Vocat: inuitat. ordo autem hic eſt. Nec deprecor ſi nefari a ſcripta ſexti recepſo ea rurſus lecturus: quin frigus ferat grauedinem & tuſſim: non mihi ſed illi ſextio qui tunc me uocat. cum malum librum legit & ita lepidiſſimus poeta cum ſextio amico ſuo iocatur.

De Septimii amoribus.

Ad Fundum

VNde noſter: ſeu ſabine ſeu tyburs:
Nam te eſſe tyburtem autumant quibus non eſt
Cordi catullũ lædere: at q̃b⁹ cordi ẽ:
Q uouis ſabinũ pignore eſſe cõtẽdũt:
Sed ſeu ſabine ſiue uerius tyburs:
Fui libenter in tua ſuburbana
Villa alia q̃ tã pectore expulſus ſum
Non immerẽti q̃ mihi meretur mens
Dũ ſumptuoſas appeto dedit cœnas
Nã ſextianus dum uolo eſſe conuiua
Orationem munacii petitorum
Plenam ueneni & peſtilentiæ legi: (ſis
Hic me grauedo frigida & freq̃ns tuſ
Q uaſſauit uſquedũ in tuũ ſinũ fugi
Et me recuraui ocioq; & urtica:
Q uare refectus maximas tibi grates
Ago: meo quod nõ es ulta peccatum:
Nec deprecor iam ſi nefaria ſcripta
Sentire cepſo: qn grauedinẽ & tuſſim
Non mihi ſed illi ſextio ferat frigus:
Q ui tunc uocat me cum malum librum legit

ACmẽ ſepti. ſu. amo. Septimi & puellæ acmes amãtiũ amores fœliciſſimos auſpicatiſſimoſq; deſcribit: quoꝝ artiſſima uincula amatoria, deliciaſq; uenereas ab amoris deo cõfirmatas oñdit. Perdite: miſere ac uæhemẽtiſſime. In lỹ. ibi. n. & i idia p̃cipui & magnitudie & feritate naſcũtur leones. Ceſio. ceſioꝝ oculoꝝ. Ceſi⁹. n. dr̃ oculoꝝ color ceruleus ſeu glaucus: q̃les oculos hr̃e dr̃ Palax. Vnde ceſia dicta ẽ, græce aũt appellaf̃: qa hẽat oculos noctuæ ſimiles, i. glaucos. Siniſtra. a ſiniſtra pte dicẽtis: q̃ dei amoris dextera eſt. Nã q̃ nobis ſiniſtra ſunt deo & cælitib⁹ dextra dicunt̃. uñ Virgi. Intonui leuũ'. Nã auguria & ſigna q̃ a ſuperis ueniũt ſi a ſiniſtra ueniũt ꝓſpera habent̃. Sternuit. Innuit. uñ frequẽtatiuũ ſternuto. Huic dño: amori cuius ſtatuã habem⁹ a ſiniſtris. Ignis: igneus amor. Syrias britanniaſq;. plurales pro ſingularib⁹ numeris: & ꝓ qui buſcũq; prouinciis. Vnã. p̃cipuã & ſolã. Auſpicatiorẽ. fœliciorem ab auſpiciis fœliciter captis omnium rerum initia ſumebant antiqui. Legito Liuium libro primo ab urbe cõdita: & Ciceronem ſecundo de diuinatione. ANTO.

a Cmen ſeptimius ſuos amores
Tenẽs in gremio mea iqt acme
Ni te perdite: amo atq; amare porro
Omnes ſum aſſidue paratus annos:
Quantum qui pote plurimũ perire
Solus in lybia indiaq; toſta
Cæſio ueniam obuius leoni
Hoc ut dixit amor ſiniſtra ut ante
Dextra ſternuit approbatione:
At acme leuiter caput reflectens
Et dulcis pueri ebrios ocellos
Illo purpureo ore ſuauiata
Sic inquit: mea uita ſeptimille
Huic uni domino uſq; ſeruiamus
Vt multo mihi maior acriorq;
Ignis mollibus ardet in medullis:
Hoc ut dixit amor: ſiniſtra ut ante
Dextra ſternuit approbatione:
Nunc ab auſpicio bono profecti
Mutuis animis amant amantur:
Vnam ſeptimius miſſellus acmen
Maluut quam ſyrias britanniaſq;
Vno in ſeptimio fidelis acme
Facit delicias libidineſq;:
Quis ullos homines beatiores
Vidit: quis uenerem auſpicatiorem:
Ad ſeipſum.

i Am uer egelidos refret tepores:

ACmen ſeptimius. Verſus ẽ endecaſyllabus. Poeta oñdit Acmes & ſeptimii amorẽ optimo auſpicio eẽ cõfirmatũ: quãobrẽ cõcludit illos eẽ p̃beatos. Suos amores: ſuã amicam. Perdite miſere. Alibi Catull⁹ nec potui nec ſi poſſem tã pdite amarẽ. Poro: deinceps. Perire: amare. Libya. africa a græcis libya dr̃ Pli. Africã græci libyã appellauerũt: qua mare ante eã libycũ incipiens ægypto finit̃. India: q̃ duplex ẽ ut indicat Ptolemæus intra gãgẽ & extra gãgẽ. toſta ãt dr̃ pp æſt⁹. In india & libya maximos & fortiſſimos leones cẽ nõ eſt dubium. Cæſio. cæſii ſunt qui hñt oculos aerii coloris. phauorin⁹ apd Gelliũ i. ii. nocti. atti. diſputans de colorib⁹ ſic ait. Nſis ãt latinis ueterib⁹ cæſia dicta ẽ q̃ a græcis glaucopis dr̃: ut Nigidius ait de colore cœli quaſi cælia. Terẽ. Rufam illã uirginẽ cæſiam ſparſo ore: aduco naſo. Hæc ut dixit. Subaudi ſeptimius. Siniſtra: a leuæ manus parte: q̃ res acme portẽdit in amore fœlicitatẽ. Nã ſiniſtra deoꝝ ẽ nobis dextra. Plutarch⁹ Quid ẽ qd̃ auſpicioꝝ qd̃ ſiniſtrũ dr̃: proſpeꝝ ac fecũdũ putaf̃: an qd̃ terrena ac mortalia diuinis ac cæleſtib⁹ contraria & oppoſita iudicãtes exiſtimauerũt q̃ nobis ſiniſtra eẽnt: deos a dextra dimittere. Ebrios. lachrymaꝝ plenos. Suauiata oſculata. Septimille. diminutiuũ a ſeptimio. trib⁹ de cauſis ut inquiũt grãmatici ꝓferunt̃ diminutiua neceſſariæ ſignificatiõis urbanitatis & adulationis gratia. Huic uni dño. i. amori. Ignis. i. amor. Mollib⁹ ar. in me. Virg. Eſt mollis flãma medullas. Hoc ut dixit: acme ſcilicet. Ab auſpicio bono profecti: auſpicium ut põpeius ait ab aue ſpecienda dictum eſt. Náquod nos cum præpoſitione dicimus aſpicio apud ueteres ſine præpoſitione dicebatur. Valerius autẽ maximus in ſecundo ita loquitur, apud antiquos nõ ſolũ publicæ ſed etiã priuatim nihil gerebatur niſi auſpicio prius ſumpto: auſpicia dabant aues aliæ cantu: quæ ideo oſcines dictæ ſunt ab os & cano, aliæ uolatu quæ ꝑpetes ſunt appellatæ: Illud addimus Carem a quo caria dicta eſt: auguria ex auibus inueniſſe. Syrias britanniaſq;: ſyriæ Brytanniæq; merces. Facit delicias libidineſq;: cum ſolo ſeptimio ſe oblectat atq; libidinatur. Beatiores: magis beatos. Fœlices & beati dicunt̃: q abũdãt rebus oib⁹ ad uſum & ornatũ uitæ ſpectãtib⁹. Auſpicioꝝ meliori auſpicio cõfirmatam. Ad ſeipſum.

IAm uer egelidos refert tepores. Seipſum: hortatur ut tepido uere incipiente e phrygia tranſeat in maiorem aſiam, ſimul comitibus ſuis ſecum in bithyniam phrygiamque ꝓfectis: uale ultimum renunciat. Ver, uernum tempus. Nam in phrygia hyemauerat poeta. Refert, reducit. Tepores: tepidiores dies. Egelidos. parum gelidos. e præpoſitio imminuit huius uerbi gelidi ſignificatum: interdum uero egelidus nimium gelidum ſignificat. Virgilius in octauo. Vt procul egelido ſecretum flumine uidit. ANTO.

IAm uer egelidos. Verſus eſt Endecaſyllabus. Catullus acta in phrygia hyeme: cum uer adſit & ip ſe cupiat uidere urbes aſiaticas. dicit amicis in eandem phrygiam ſecum profectis ultimum uale. Ver: quod eſt ſecundum anni tempus dictum ut Varro ſentit: q̃ tunc uirere incipiunt uirgulta ac uertere ſe tempus anni. Egelidos: minus frigidos: egelidum proprie dicitur quod medium eſt inter calidum & frigidum: qua uoce nonnunquam utitur Cornelius celſus. Refert: reportat. PAL. Catullus PAL. Plutarch⁹

ANTO. ¶Furor.insanus & furens uentorum impetus. Eurus enim siue subsolanus usq; in uernum tempus furit: in gressu autem uere silescit spirante eius contrario zephyro. Cœli equi. ab æquinoctiali ortu flat eurus: qui latinæ nauticus & subsolanus dicitur. græce apheliotes: ut sentit Gellius. Plini⁹ autem ab æquinoctiali ortu flare apheliothen: qui & subsolanus dicitur: scribit. Eurum autem & alium uentum esse & alia ex cœli regione uenire asserit. Phrygii campi. phrygiæ contemina est bithynnia: cuius motropolis fuit Nicæa iuxta lacum ascanium. ibi campus ingens & ualde fœlix circunstat: sed æstate non admodum salubris: ideo Catullus ait.

Niceæq; ager ruber æstuose. Niceam prius condidit Antigonus Philippi filius. & antigonam nominauit. Postea Lysimach⁹: quam ab uxoris filiæ Antipatri nomine Niceā appellauit urbis ambitus est stadiorum sexdecim. Nicæa pri⁹ oluia & prusias dicta fuit ut scribit Plin. Item altera fuit sub hippio monte. Læti. festini: Vt uela dabant læti. Trepidans. festinans. Diuersæ. ex diuersis locis pro rectæ. Variæ. dissimiles. Reportant. in prias suas. aut a patria in phrygiam.

PAL. ¶Iam cœli: cœlum est domicilium deorum. sed aer quoq; cœlum uocatur. Lucrecius. In hoc cœlo quod dicitur aer.

Plinius Zephyri: zephyrus uentus est ut diximus: qui flat ab occasu æquinoctiali & a nostris Fauonius nominatur de quo Plinius libro. ii. Ver ergo aperit nauigantib⁹ maria cuius in principio fauonii hibernum molliunt cœlum sole Aquarii. xxv. optinente partem is dies sextus est ante idus Februarias. Au

Seneca ris: flatibus: Aura ut Seneca in quæstionibus naturalibus ait leuis est: uentus uehemens. Campi: latæ planicies: undecā pestris regio ea dicitur quæ plana est. Niceæq; ager uber æstuosæ. Nicea urbs est phrygiæ. de qua Plinius deinde nicea in ultimo ascanio sinu quæ prius oluia & prusias dicta deinde altera sub hippo monte. Claras: nobiles clarus & preclarus figurate pro eo accipiuntur qui tanq; fulgore quodam famæ & gloriæ resplendet: unde clarissima & præclarissima gesta dicimus. Prætrepidans: festinans. Auet uagari: cupit errare. Studio: uidendi urbes asiaticas. Longe quos simul a domo profectos: eos alloquitur cum quibus ut dictū est ab urbe digressus in phrygiam usq; tetenderat. Diuersæ & uariæ: alteꝛ est nomē: alteꝛ aduerbiū prius nomē: posterius aduerbium. Diuersæ: quoniam non eadem uia omnes. Variæ: quia non uno tpe erant domum redituri.

Iam cœli furor æquinoctialis
Iucundis zephyri silescit auris:
Linquantur phrygii catulle campi:
Niceæq; ager ruber æstuosæ:
Ad claras aliæ uolemus urbes:
Iam mens prætrepidās auet uagari:
Iam lœti studio pedes uigescunt:
O dulces comitum ualete cœtus:
Longe quos simula domo profectos
Diuersæ & uariæ uiæ reportant.

Ad Portium & Socrationem.

POrti & socratiū: duæ sinistræ
Pisonis scabies famesq; memmii
Vos ueraniolo meo & fabullo
Verpus præposuit priapus ille:
Vos conuiuia lauta sumptuosæ
De die facitis: mei sodales
Quærunt in triuio uocationes.

In Portium & Socrationem.

ANTO. POrti & socration duæ sinistræ. In Portium & Socrationem impudicos adolescentes scribit notans eos magna infamia: qui stupri meritis a pisone prætore præpositi sint aliis duobus adolescentuli: scilicet Veranio & Fabullo. Apertissime poeta indicat portium & Socrationem fuisse pisonis hispaniæ prætoris quos prætor Verannio & Fabullo cōtemptis præposuit: hoc itaq; moleste ferens Catullus in hos cinædos exclamat. o porti & Socration. Sinistræ noxiæ. infœlices pessimæ. Scabies. pestes stabiosæ ac pestiferæ libidines Aut scabies fœditates: & hoc totum omnino amarulentæ dictum est. Fames. famelici concubini. aut fames auaritia. Memmi memmium prætorem ait de quo supra. o Memmi bene me ac diu supinum. Priapus ille. pisonis mentula ideſt pilo prætor mentulatus. pars pro toto. Verpus: circuncisus recutitus. Nam Romani siue quicunq; alii gentiles in iudeorum sectam transeuntes genitalia primum circuncidere cogebantur: ut scribit Tacitus: non igitur mirum si a Catullo Romanus piso per satyricam derisionem perinde ac iudæus circuncisus notetur. Verpus proprie dicitur iudæus circuncisus. Martialis. Delapsa est misero fabula uerpus erat. Præposuit. præstantiores elegit & illis antepositis contemptis meis sodalib⁹. Vos de die facitis. ex magna apud pisonem auctoritate uestra. Sumptuosæ. prodige: Mei sodales Verānius & Fabullus. qui hoc idem olim potuerunt apud pisonem quod nunc uos potestis. Lauta. ad delicias sumptuosa ad copiam & magnificentiam refertur. Hæc duo faciunt omne conuiuium esse probandum. Quærunt. quia mendicare quasi coguntur. Vocationes. inuitationes: ut ab aliquo ad conuiuium inuocentur. inde qui inuitabant. uocatores dicebantur. Martialis. Iam dies mihi uapulet uocator. Quærunt. quia egent conuiuio quum uos tam sumptuosæ conuiuia faciatis.

PAL. POrti & Socration. uersus est endecasyllabus. Excandescens acriter inuehitur in portium & Socrationem. Cinædos quos ob stupri merita piso & Memmius prætores uerannio & Fabullo honestis adolescētib⁹ ꝓposuerāt. Scabies pruritus qui pisonē quiescere nō patiebatur. Fames esuritio. Verpus circūcisus more iudeorū. De mēmio ante Catullus. Sed q̄tum uideo

Catullus pari fuistis casu iā nihilo minore uerpa facti estis. Priap⁹ ille. uel piso: uel Mēmius mentula-

tus inſtar priapi. Lauta: ſplendida. Lautũ nonio plura ſignificat lotũ: mundũ: abundans: elegans & ſuaue Sumptuoſe magnis ſumptibus comparata. Mei ſodales: Veránius & Fabullus. Vocationes: a quibus inuitentur. Vocare enim eſt inuitare: unde uocatio dicitur inuitatio & uocator inuitator.. Plini. li. xxxv. Inuitatus ad Regis cœnam uenit indignantiq; Ptolemæo & uocatores ſuos oſtendẽti ut diceret a quo eorum ſnuitatus eſſet. & Sueto. in Gallígula compererat prouincialem locupletem ducenta ſeſtertia numeraſſe uocatoribus: ut per fallaciam conuiuio interponeretur: nec tulerat moleſte tã magno æſtimari honorẽ ſuæ cœnæ.

Ad Iuuentium.

m Mellitos oculos tuos iuuenci
Si quis me ſinat uſq; baſiare
Vſq; ad milia baſiem trecenta:
Nec unq̃ ſaturum indecor futurũ eſt:
Non ſi denſior aridis ariſtis
Sit noſter ſeges oſculationis.

Ad. M. Tullium Ciceronem.

d Iſertiſſime romuli nepotum:
Quot ſũt quotq; fuer̃ marce tulli
Quotq; poſt aliis erunt in annis:
Gratias tibi maximas catullus
Agit peſſimus omnium poeta:
Tanto peſſimus omnium poeta:
Quanto tu optimus omniũ patron9.

Ad Licinium Caluum.

h Eſterno Licini die ocioſi
Multũ luſimus in meis tabellis:
Vt conuenerat eſſe delicatos
Scribens uerſiculos uterq; noſtrum
Ludebat nũero modo hoc mõ illoc:
Reddens mutua per iocum atq; uinũ:
Atq; illinc abii tuo lepore
Incenſus Licini facetiiſq;:
Vt nec me miſerum cibus iuuaret:
Nec ſomnus tegeret quiete ocellos:
Sed toto indomitus furore lecto
Verſaret cupiens uidere lucem:
Vt tecum loquerer: ſimulq; & eſſem:
At defeſſa labore membra poſtq̃
Semimortua lectulo iacebant:

Ad Iuuentium adoleſcentem.

ANTO. MEllitos oculos tuos iuuenci. Facete: atque amatorie ſcribit ſe nulla oſculorum Iuuencii uenuſtiſſimi pueri copia ſaturari poſſe: hic eſt ille iuuencius de quo ſupra. O qui floſculuses iuuenciorum. Et alibi circa operis finem. Surripui tibi dum ludis mellite iuuenci Suauiolum dulci dulcius ambroſia.

Vſq; ad millia baſiem trecenta: ardẽtem pii animi affectũ intimumq; amorem penitus expreſſit. Nam ut Plinius libro xi. inquit: oculos quum oſculamur animũ ipſum uidemur attingere. Mellitos: dulci amore plenos. Vſq;: ſæpe. Seges. denſitas. Virg. Telorũ ſeges & iaculis increuit acutis.

PAL. MElitos oculos. Verſus eſt endecaſyllabus. Poeta negat ſe ulla baſiorum copia poſſe expleri: ſi ſibi iuuentium puerum formoſiſſimum contingat oſculari. Mellitos: dulces a melle. Vſq;: ſemper. Inde: a baſiis Cor eſt futurum: cor cæteris animalibus in medio pectore eſt: homini magis uergit in ſiniſtram partem: hoc primum naſcentib9 formari in utero tradunt: deinde cerebrum ſicut tardiſſime oculos: ſed hos primum mori. Cor nouiſſime. Auctores ſunt Ariſtoteles & Plinius. Aridis ariſtis: ſiccis frumentorum ſpicis pars pro toto: ſunt enim ariſtæ ſpicarum aculei: qui maxime eminẽt. Sit nr̃æ ſeges oſculatiõis: pmanet in trãſlatiõe. dicit enim ſeges quia antea dixit ariſtis.

Ariſto. Plinius

Ad Ciceronem.

ANTO. ISertiſſime Romuli nepotum. Ciceroni patrono ſuo maximas agit gratias ac modeſtiſſime carminum ſuorum merita deprimit.

PAL. ISertiſſime romuli. Verſus eſt endecaſyllab9 gratias agit. M. Tullio Ciceroni. ſed qua in re ab illo adiutus eẽt nõ exponit. Diſertiſſime: facundiſſime. Romuli nepotum: romanoꝝ. M. Tulli: de hoc ita ſcribit Quintilianus præcipuũ uero lumen ſicut eloquẽtiæ ita præceptis eius dedit unicum apud nos ſpecimen orandi dicendiq; oratorias artes. M. Tullius & Plinius libro. vii. Tu. M. Antonium proſcripſiſti. Salue primus omnium pater patriæ appellatæ. Primus in toga triumphum linguæq; lauream merite & facundiæ litterarum latinarum parens. Gratias tibi maximas Catullus agit. agimus gratias uerbis: cætera quæ ſequuntur non indigent expoſitione.

Plinius

Ad Licinium Caluum.

ANTO. ESterno licini die ocioſi. Ad Licinium Caluum poetam ſcribit ſe neque cibum neque ſomnum capere potuiſſe: poſteaquam eius præſentia iucundiſſima priuatus fuerat. Mutua: ſcilicet carmina. Per iocum atq; uinum. per iocoſum conuiuium: ſic ſupra. Non belle uteris in ioco atq; uino.

PAL. ESterno licini. Verſus ẽ endecaſyllab9. Poeta ĩdicat ſe captũ eẽ facetiis Calui licinii: cũ quo pridie cœtati uerſus fecerat. Meiſta. Tabellæ in qb9 ambo uerſus ſuos ſcripſerãt: erãt catulli. Delicatos deliciaꝝ plenos. Mutua: ſupple carmina. Per locũ atq; uinum. Oſidit Catul. ſe cũ Caluo carminib9 certaſſe in ipſo cõuiuio. Lepore: uerboꝝ uenuſtate. Vt nec me mici. iu. amore capti nec cibo iuuant: nec ſomnũ oculis capere poſſunt. Ouidi. ſum uacuus ſomno: noctẽ q̃ longa peregi. Laſſaq; uerſati corporis oſſa dolẽt. Vt tecũ loquerer ſimulq; ut eſſem. Catullus alibi: an q; amantes non longe a caro corpore abeſſe uolunt. At defeſſa labore membra. Poſtq̃ inquit corpus p̃ laſſitudine pene ſemimortuũ in lectulo tãdẽ queuit. Hæc tibi feci carmina.

Ouidius

Catullus

ANTO. ¶Poema:carmen. Hunc:dolorem meum. Audax:temerarius improbus. Caueas:enites. Oram⁹ caue deſpuas ocello:caue breui:ſecunda protulit a tertia coniugatiõe. Sic Hora. Vade uale caue ne titubes mã dataq; frangas. Prop. Tu caue nr̃a tuo cõtẽnas carmina faſtu. Deſpuas:cõtẽnas. Perſius. Deſpue quod nõ es. tollat ſua munera cerdo. Nemeſis:dea eſt ut ſcribit Macrobius:quæ colitur cõtra ſuperbiam:ſuperboſq; perſequitur. Nemeſeos ſimulacrum ab agoracrito ſtatuario factum coluit Rhamnus atticæ pagus:huius item deæ ſtatua Romæ in capitolio erat:q̃uis latinum nomen non ſit:ut ſcribit Plinius libro. xxviii.

PAL. ¶Poema diſtat poetice a poemate & poeſi:q; poetice ars ipa itelligit. Poema autem pars eſt operis ut Tragœdi poeſis contextus totius operis effecti:ut ilias & æneis: Auctor eſt Diomedes. Perſpiceres: ad plenum & pfecte uideres. Caue de. dicim⁹ caue deſpicias:& caue ne deſpicias:ſicut caue cadas & caue ne cadas:nã cũ negatiõe & ſine negatiõe eadẽ ẽ uerbi hui⁹ ſignificatio. Deſpuas:cõtẽnas:nõnũq̃. n. i eos deſpuimus quos cõtẽnim⁹. Nemeſis:dea erat q̃ cõtra ſuperbiã colebaẽ eadẽ Rhãnuſia dcã ẽ a rhãnũte pago attice regiõis ubi pulcherrimũ hũit ſimulachr̃. Stra. li. ix. geogra. Rhãn⁹ãt ne meſeos ſtatuã:qđ diodoti op⁹ pleriq; dicũt:alii uero agoracriti parii:q̃ ex magnitudie & pulchritudie pfecta magis ac magis ẽ:& cũ phydiæ opib⁹ cõtẽdit. Quare ridiculus ẽ error illo rũ q dicũt hoc nomine fortunam uocari. De Leſbia.

ANTO. ILle mi par eſſe deo uidet. Venuſtatẽ atq; ſuauiſſimũ Leſbiæ amorẽ laudat ſignificãs ſe p ociũ qđ ẽ oĩum fere amor̃ & malor̃ cã: uenuſto Leſbiæ amor̃ captũ eẽ. Dulce:dulcẽ riſũ. Quod. q dulcis riſus. Oĩs eri. ſent. mi. me faci attonitũ & exaniatũ. Nihil ẽ ſu. mi. i. poſtea q̃ te aſpexi adeo fio attõit⁹ & pene amẽs: ut nullũ mihi ſupſit uerbũ qđ ego amẽs loq; poſſiz:hic deeſt ſ oĩb⁹ fere codicib⁹ uerſus adoni⁹. Sed ex ſupiorib⁹ atq; ſeq̃nti b⁹ uerb̃ ſic ſuppleri põt. Quod lo. amẽs lin. ſed torpet. Flãma:amor. Vir. Eſt mollis flãma medullas. Demanat: ſubĩtrat decurrit. Tĩtinãt:tĩnitũ faciũt:qđ ꝓpriũ ẽ attõitor̃ & exaniator̃. Eſt ãt tĩtinio uerbũ ficticiũ. Gemĩa:duplici. Mar. Nãq; grauẽ gẽino cornu ſic extulit urſũ. Nocte:obtenebratõe:pp mẽtẽ meã tuo aſpectu ſtupẽtẽ. Reges:ut ſardanapalũ troiãos. Btãs ur. troiã:athẽas tarẽtũ & multas alias.

PAL. ILle mi par. Verſus eſt Sapphicus de quo ante dictũ eſt:declarat Catullus quanta mala ſibi eueniant poſteaq̃ uidit leſbiam amicam ſuam cũ alio uiro ridentem. Aduerſus:uel cõtra uel apud. Identidem:frequenter quo aduerbio perſæpe utiẽ. Sueto. Eripit ſenſus: aufert uiſum auditũq; & reliq̃. Nihil ẽ ſu. mi. nihil mihi ſupeſt. Torpet:frigeſcit. Flãma demanat:calor q̃lisfebrẽ comitaẽ p mẽbra decurrit. Sonitu ſuo. ſuo ꝓprio ſono. Tĩtinãt:tĩnitũ faciũt iſtar pcuſſi æris. Gemina nocte:qa duo ſũt oculi:hic aũt oſtendit ſe uiſum amittere. Ociũ:qđ multor̃ uitior̃ & in primis libidinis cibus eſt. unde Ouidius. Ergo ubi uiſus eris noſtra medicabilis arte. Fac monitis fugias ocia prima meis. Hæc ut ames faciunt:hæc quæ fecere tuentẽ Hæc ſũt iucũdi cauſa cibuſq; mali. Ociũ & reges prius & beatas perdidit urbes Nimis longum foret:ſi hoc in loco reges omnes & ciuitates q̃bus ociũ obſuit recenſere pergam. Quare illud Iuſtini de lydis huc tranſtuliſſe ſat erit: & quos ante cyrum inuictos bella præſtiterant: in luxuriam lapſos ocium ac deſidia ſuperauit. In Nonium & Vatinium.

ANTO. QVid eſt Catulle quid moraris emori? Trimetro iambico ad mortis uſq; deſtinationem indignatur ac diſrumpitur: Nonio peſſimo homini currulem magiſtratum:ac Vatinio ſpurciſſimo conſulatum contigiſſe:huius Nonii ſtrumæ de opalo gemma ſcribens Plinius ſic meminit. Ab Antonio proſcriptus Noni⁹ ſenatorem eſt filius ſtrumæ Nonii:quem Catullus poeta in ſella curruli uiſum indigne tulit. legito amplius Plinium. De Vatini conſulatu qui per paucos dies durauit loquitur Macrobius in tractatu de riſibus. In hunc Vatinium Ciceronis extat oro in qua Cicero q̃ſturã puteolanã. deinde hiſpanenſem legationẽ ac tribunatũ plebis ſordide ac iniqſſime geſſiſſe Vatiniũ oſtendit. Noni⁹ ãt legaẽ nõ noui⁹ qđ uerſus ĩdicat. De ſella uero curruli Romã trãſlata diuerſa ſenſerũt Liui. Mac. Pli. apd latinos. græci uero Stra. & Diony. Alicarnaſe⁹.

PAL. Vid eſt Catulle. Verſus eſt iambicus trimeter. Catullus ait moriendum eſſe cum Nonius ſtruma homo nequam ſedeat in ſella curruli. & Vatinius qui per pauciſſimos dies conſul fuit peieret

Hoc iucunde tibi poema feci.
Ex quo perſpiceres meum dolorem:
Hunc audax caueaſ:precesq; noſtras
Oramus caue deſpuas ocello:
Ne pœnas nemeſis repoſcat a te:
Eſt uehemẽs dea. lædere hãc caueto.

Ad Leſbiam.

ILle mi par eſſe deo uidetur
Ille ſi fas eſt ſuperare diuos:
Qui ſedens aduerſus idẽtidem te
Spectat:& audit
Dulce ridentem:miſero quod omnis
Eripit ſenſus mihi. nam ſimul te
Leſbia aſpexi nihil eſt ſuper mi
Quod loquar amens:
Lingua ſed torpet:tenuis ſub artus
Flamma demanat:ſonitu ſuopte
Tinntinãt aures:gemina teguntur
Lumina nocte.
Ocium catulle tibi moleſtum eſt:
Ocio exultas:nimiumq; geſtis:
Ocium reges prius & beatas
Perdidit urbes.

In Nonium Strumam.

q Vid ẽ catulle:qđ moraris emori.
Sella i curruli ſtrũa noni⁹ ſedet:
Per conſulatum peierat uatinius:
Quid eſt catulle:quid moraris emori:

per ſuum conſulatum. Moraris: conctaris. Sella in curuli: Sella curulis in qua maiores magiſtratus ſedebant a curru dicta eſt q̄ in curru ueheretur: uel ut Plutarchus in mario ait quod curuos pedes haberet. Struma nonius: ſtruma eſt extantia quædam in tergo. Gibbus uero in pectore. Sunt item ſtrumæ Corne. celſo tumores: in quibus ſubter concreta quædam ex pure & ſanguine quaſi glandulæ oriuntur maxime in cerui ce ſed etiam in aliis & inguinibus & in lateribus mammiſq̄ fœminarum: uulgo ſcrophulæ dicuntur. No nius: de hoc Nonio Plini. libro. xxxvii. Hiſto. natu. ita ſcribit ſiquidem extat hodieq̄ huius generis gemma propter quam ab Antonio proſcriptus nonius ſenator eſt filius ſtrumæ nonii eius: quem Catullus poeta in ſella curuli uiſum indigne tulit. Per conſulatum peierat uatinius: Conſulatus priſcis Romanis fuit annuus magiſtratus ab iis primum poſt eiectos reges inſtitutus. Peierat: falſo iurat. Vatinius: hic ſcriptis Macrobii abunde notus eſt notior etiam Ciceronis quare de eo nihil amplius dicam. Plinius

Ad Ruſticum.

RIſi neſcio quẽ modo e corona Cniana
Qui cum mirifice uatiMeus carmina caluus explicaſſet:
Admirans ait hæc manuſq̄ tollens:
Dii magni ſolopechyum diſertum:
Othonis caput oppido eſt puſillum
Hoc iocunde tibi poema feci
Ex quo perſpiceres meum dolorem
At en ruſticæ ſemilauta crura:
Subtile: & leue peditum liboni eſt.

Ad. C. Cæſarem.

RIſi neſcio quem modo corona. Poeta fatetur Ruſtico riſum ſuum quem conceperat ex cuiuſdã inſulſi hominis inepta uaniloq̃ntia: demonſtrans: quẽ dolorem ex Libonis ſordibus atq̄ uentris efflatione tulerit. quũ enim Licinius Caluus ſuperius ſcriptũ catulli in Vatiniũ carmen in cætu & corona forenſi explicaſſet qdã fatuus Libo uolens poetæ ingeniũ laudare exclamans inſulſiſſima uerba effutiuit Caluus uatinio in ſenſus: nã eius i uatinium hoc amarulentiſſimũ extat dictũ: Perfrica frõtẽ & dic te digniorẽ q fieres ꝓtor q̃ Catonem. Neſcio quem puto hũc fuiſſe libonẽ. ut ipſe poeta ſtatim uſ inuenire in calce huiꝰ epigrãmatis. Admirans. ſ. carmina mea a Caluo recitata ſeu explicata. Salapãtiũ: hic eſt unꝰ de catullianis locis obſcuriſſimis atque difficillimis: nodus a multis ſane doctis uiris multum diuq̄ tentatus: ſed Gordiano: ut arbitror: ſugo non explicabilior inuentus. Alexandri ergo uiolentia & enſe hũc nodum diſſoluamus. Quum igitur inter omnes doctos conſtet uariam huius loci lectionem deprauatione rectam intelligentiam impediente perplexam eſſe: coniecturis inquirenda eſt uera aut ueriſimilior lectio. Non enim dubium eſt quod dixi Catullum ſignificare a ſe deriſum fuiſſe inſulſum hominem qui hæc dubia uerba barbare ridiculus effutiuit. Dii magni ſalapentium diſertum: quum hac exclamatione laudans catulli ingenium uellet dicere. Dii magni ſapientiũ diſertum ſcilicet Catullum. Effutiuit igitur ſalapentium uel ſalipentium pro ſapientium: ut rudis linguæ natura eſt plurima uerba deprauata incaute ac barbare fundere cum riſu auditorum: ut Catullus ſe riſiſſe hic fatetur lepide: Sunt qui putent Salapantium apud priſcos ſignificaſſe cerebellum ſiue ingeniolum: nonnulli uero ſane docti hunc locum corrigentes legunt ſolopycium. idq̄ interpretantur totum cubitalem hominem. quaſi Catullus uoluerit ſignificare hominem puſillũ ſtatuæ cubitalis: qd̄ ſi admittiꝫ nõ ſolopyciũ ſed ſolopychiũ legendũ eſt ab ὅλος qd̄ eſt totus & ϖΗχῦς cubitus. Othonis. cuius lege theatrali Nonius in quarto decimo ab orcheſtra ordine ſedet. hic eſt ille Roſius Otho tribunus plebis qui Cæſaris iulii temporibus tulit legem theatralẽ de qua Hora. Roſia dic ſodes melior lex: & alibi. Contempto Othone ſedet. Iuuenalis. Sic libitum uano qui tot diſtinxit othoni. Caput: ingenium a quo inſulſa illa lex fuit lata. Oppido. ualde. Hoc iucunde. hoc in omnibus fere coꝫdicibus diuiſum eſt a ſuperiori epigrammate: ſed imperite quidem: quum totum ſit unum epigramma cum ſuperiori. Dolorem: quem contraxi ex libonis ſordibus ac fœtore. En: ecce ad indignationem dixit. Rucifte: ꝑpriũ nomẽ. Semilauta: ſordida. Peditũ: ꝑprie ẽ fœtida uẽtris efflatio. ſed hic põt accipi ꝑ ĩepta laudatiõe q̃ ẽtanq̃cacatio: uꝫ ab abſcõdo abſcõditũ ſupinũ ſic a pedo peditũ ꝑtulerunt antiq: & a ſugo ſuctũ a mãdo mãſum: a fugio fugitũ ꝑtuliſſe reperiunt. Leue: ſubiens. leuiter naſum. Subtile: ſubtiliter exiẽs & nare ſubiens. Liboni. multi fuere libones ea ætate: unus cuius plerunq̄ meminit Cicero in epiſtola: alius Scribonius Libo fuit in partibus pompeianis: cuius meminit Luca. in primo: & Cæſar in commentariis.

DIſi neſcio quem modo. Verſus eſt Endecaſyllabus. Caluus orator homo diſertus ſed mimẽ ſtaturæ ſuis ſcriptis Vatinii de quo ante dictum eſt. Crimina inſectabatur. quæ cum in circulo eruditorum recitaſſet: unꝰ eorum qui aderant ſublatis in cœlum manibꝰ exclamauit. Dii magni ſolopachium diſertum: quod ſignificat hominem cubitalem facũdum. nã ut prediximus. Caluus homo erat minime ſtaturæ ſed eloquens. E corona: e circulo. Explicaſſet: expoſuiſſet ſiue declaraſſet. Dii magni exclamatio emiſſa per admirationem. Tale eſt apud Terentium. Dii boni boni quid porto. Solopachium totum cubitũ ὅλως enim græce ſignificat totum: ϖΗΧΗς uero cubitum. Sed aſpiratio quæ prima eſt in holos mutatur in s quod fit apud latinos in aliis quoq̄ nominibus græcorũ: illi. n. dicunt herpillon ες & ἕπτα nos uero aſpirationem ipſam i s mutantes dicimus ſerpillon. ſex ſeptem. Verſus autẽ qui ſequunt illucuſq̄ iraſcere ites me is iãbis aliunde huc trãſlatos eſſe uel grandi pignore contenderim. ſed adeo deprauatos: ut ex ipſis nullus ſenſus elici poſſit. Quare eos inenatratos relinquere placuit. PAL.

Ad iulium Cæſarem.

ANTO. SI nō oīa diſplicere uellē. Hic uerſus pricipiū ē epigrāmatis qđ cōſtabat qnq; phaleuciis: quoꝝ me
di⁹p uetuſtatē amiſſus: ut pleraq; alia Catulliana: magnū ꝓbuit errorē librariis qui duos priores
uerſus ſupiori epigrāmati: & duos poſteriores ſeq̄nti aſcripſerūt. ſed hic error luce clari⁹ patet tā ex
priorib⁹ q̄ ex poſteriorib⁹ uerſib⁹ quoꝝ nulla ē cōgrua cū ꝓdictis epigrāmatib⁹ ſnīa. audeam⁹ igr
reſcīdere hāc catulliāi carmīs uomicā. ſcri. n. hoc phaleuciū ad. C. cæſarē excuſās ſupi⁹ī uatiniū & ſtrumā. cæ.
amicos epigrāma. nā p iterrogationē ſignificat nō dēre moleſte tuliſſe iābos quos nō ad cæſaris iuidiā ſed ad
Strumæ atq; Vatinii notā ſcripſerit: legaē itaq; totū hoc tetra
ſtichō p iterrogationē ī hūc ſenſum: iraſceris ne & indignabe
ris iteꝝ ac moleſte feres iābos meos quos ſi ī te ſcriptos nollē
tibi eē moleſtos. Iraſcere: futuri ē tpis ut tertia ſyllaba ſit, pdu
cta. Iteꝝ. ſemel ſupra ī Mamurrā. & nūc iteꝝ in Strumā &
Vatiniū cæſaris amicos. Vnice īper. hoc niſi de iulio cæſare
dici nō ꝓt. uñ appet error eoꝝ q uerſus camerio attribuūt. ſic
ſupra. Eo ne noīe īpator unice. Oīa. ſ. ſcripta mea q̄ in alios
& nō ī te diſtrīxi. Diſplicere. moleſta eē. Suffecio ſe. q fue
rit iſte Suffeci⁹ ualde q̄rēdū arbitror. Recocto. in eūdē ma
giſtratū ſæpi⁹ refecto ac plerūq; ſuffecto: ē āt methaphora a fa
bríli ope. Nā uetera ferrameta recoquunt ut reficiant. Hora.
Plerūq; recoctus ſcriba ex quinq; uiro eoꝝ deludet hiātem.

PAL. Raſcere iteꝝ. Eſt ei⁹ gñis cui⁹ ſupior catul. ſub noīe ca
i meri i taxat iuliū cæ. q abdit⁹ iter ꝓſtitutas ita latebat:
ut ab amicis eū q̄ritātib⁹ nūq; poſſet iueniri. Iraſce
re iteꝝ apte minat catul. ſe rurſ⁹ ī cæſarē uerſ⁹ factuꝝ. Vnice
imp. Supi⁹ in eūdē cæſarem eo ne nomine imperator unice.

Ad Camerium.

ANTO. Ro ſi tibi forte non moleſtum eſt. Camerium puella⁹
o rum cathedras: atq; cōplex⁹ ſectantē iocoſe increpat ſi
gnificās ſe ad laſſitudinē uſq; defeſſū dū ipm p diuer
ſa urb loca q̄ritat: rogatq; ut ſibi tādē locū ubi latitat demſtet
Tenebræ: tenebroſæ latebræ meretricia gēa. Mīore cā. mīo
rē dixit ad cāpi martii dr̄iā: hūc āt cāpū mīorē arbitror eē eū
qué nūc cāpū agonē dñt. In cir. circū maximū Tarqn⁹: pri
ſcus ædificauit: ut Liui. & Pli. ſcri. In tēp. ſu. io. ſa. capitoliū
dicit ſoui maxīo ſacratū a tarqnio ſupbo ꝺditū. his. n. ī locis
publicis facillīe iueniri pñt q q̄rūt. In oī. li. aut ī oīb⁹ biblio
polaꝝ tabernis: qđ nō placet: aut legēdū ē oīb⁹ ocellis. i. ī oī
b⁹ occultiorib⁹ urbis locis. In ma. ſi. am. pōpeiā porticū pla
ne idicat: cui⁹ Pli. memīt Naſo ī arte. Tu mō pōpeia lēt⁹ ſpa
ciare ſub umbra. & Mar. ī. v. Sic ueterē īgrati pōpei q̄rimus
umbrā. Video: legēdū ē uideo nō uidit ut ſtet phaleuci⁹: &
ē tñ pñs p ꝓterito. Papillis. māmillis: ps p toto. Herculis
la. ē. maxim⁹ & Cæſaris hoīb⁹ inexplicabilis quales fuerī her
culis labores: quos & ſi multi tantummodo. xii. numerant:
tamen & apud Ouidi. Martia. & apud Diodio. ſiculum circiter. xxx. reperiuntur. Comiti. mihi tuo co
miti: Alii legunt comite. ſed imperite quidem: quod uerſus arguit qui ſic legendus eſt. Audacter comiti. hoc
licenter ede. i. dic. Iuue. Ede ubi cōſiſtas in q̄ te q̄ro ꝓſeuca. Lacteolæ. tenellæ. Clauſo: triſyllabū ē p die
reſim ut ſtet uerſus: ut Hora. Nūc mare nūc ſiluæ: & aulai. p aulæ: & poeta ſupra. Qui zonā ſoluit diu ligatā

Verboſa ga. ue. Io. uen⁹. n. in ope nō uult taciturnitatē ut mō ſub lodice relictis. hīc Mar. in. vii. de gal
la in ope uenero muta conq̄rit. Acceſſi quotiēs ad op⁹ miſtiſq; mouemur inguinib⁹: cūnus nō tacet ipa taces
& alibi in. xi. de chīōe a chīōe ñ ſentit op⁹ nec uocib⁹ ullis adiuuat: abūtē marmoreāq; putes. Gaudet. triſyl
labū pro dieresim ē. Sies pro ſis &. ſ. abiicitur ut fiat dactylus pes ſecūdus: & eſt ſenſus. tu tuum amorem
mihi quātumuis taceas: ego tamē te meorum amorum participem faciam: nec te celabo quicquam.

PAL. Tuæ la. ubi tu abditus lateas. Minore campo: cāpus Laurentio uallenſi eſt planicies terræ ampla & grā
dis i deoq; ſpacioſæ plateæ areæ ue campi nomen acceperunt. Te in circo: legimus Romæ tris circos fuiſſe
maximū: quē teſte Liuio tarquinus in priſcus extruxit ſine foris: quos poſtea addidit tarqnius ſupb⁹ flāminū
& Neronis dictus eſt circus ut Varro ait q; ibi circum metas pōpa ferēt & eq currerēt: Sed de circo maximo
plura legito apud Liuiū & Alicarnaſeū Dionyſiū. Te in oīb⁹ li. emendo labellis poſuit. n. labella p bal ne
is. Eſt autē labellū diminutiuū a labro: labrū uero gen⁹ ē uaſis mīnoris. Cic. li. xiiii. epiſto. familiariū ad terē
tiam uxorem in tuſculanū nos uenturos putamus: aut nonis: aut poſtridie: ibi fac ſint oīa parata: plures. n.
fortaſſe nobiſcum erunt & ut arbitror diutius ibi cōmorabimur labrum ſi in balneo nō fac ut ſit & Virgilius
in. ii. geor. ſpuma plenis uindemia labris. In magni ſimul ambulatiōe: intelligit haud dubie porticū pom

I non omnia diſplicere uellem
s Tibi & ſuffecio ſeni recocto:
Iraſcere iterum meis iambis
Immerentibus unice imperator:

Ad Camerium.

o Ro: ſi tibi forte non moleſtū eſt
Demōſtres ubi ſint tue tenebræ
Te quæſiuimus in minore campo
Te in cireo: te in omnibus libellis
Te in templo ſuperi iouis ſacrato:
In magni ſimul ambulatione
Fœmellas omnes amicæ prehendi:
Quas uultu uideo tamen ſereno:
Auellite ſic ipſe flagitabam
Camerium mihi peſſimæ puellæ:
Quædam inquit tibi nudulū reduce
En hic in roſeis latet papillis:
Sed te quærere iam herculis labos eſt
Tanto te in faſtu negas amice.
Dic nobis ubi ſis futurus: ede
Audacter: comiti hoc libenter ede.
Num te lacteolæ tenent puellæ.
Si linguam clauſo tenes in ore
Fructus proiicies amoris omnes:
Verboſa gaudet uenus loquella.
Vel ſi uis licet obſeres palatum:
Tu noſtri ſies participes amoris.

pei: cuius in primis memineruntOui. & Mar. Illud ãt nõ ꝑtermittã porticus a priſcis fieri ſolitas ad umbras & deambulatiões. Prehendi: ꝓhendim⁹ ꝓprie uitãtes ac fugientes. Sereno: trãquillo hoc eſt ſine ullo metus uel mœroris indicio. Auellite: ſic emendo ſic auellitis. Rhoſeis: ꝓpter odoris ſuauitatẽ a Rhoſa q̃ ẽ flos nobiliſſima. Herculis labos eſt: his uerbis oſtendit puella maximũ illi laborẽ eẽ ꝓpoſitũ qui camerium latitãtẽ q̃rere uelit. Quot aũt & quales fuerint labores Herculis plurib⁹ demõſtrat Diodo. Tanto te in faſtu negas amice poeta fingit ſe tãdẽ poſt lõgã inquiſitionem puellæ unius indicio iueniſſe cameriũ. Audacter: de hoc aduerbio ita ſcribit in primo. Inſtitu. Quintilia. Inhærent tñ quidã moleſtiſſima diligẽtiæ peruerſitate ut audaciter potius dicãt q̃ audacter: licet oẽs oratores aliud ſequant. Lacteolæ: albæ a lacte cuius color albus eſt. Puellæ: emẽdo papillæ: quia pauloante dixit. en hic in Rhoſeis latet papillis. Verboſa gaudet uenus loquella: Martialia. Nec motu dignaris opus nec uoce iuuare. Nec digitis tanq̃ tura merumq̃ pares: & gaudet hoc in loco: ut clauſo triſyllabum eſt. Palatum: pars pro toto. Dum noſtri ſies: emendo dum uelſtri ſim ego particeps amoris: & erit ſenſus: licet tibi os etiam claudere: tnõ participes mecum tuos amores. Martialis

Ad Catonem.

O Rem ridiculã cato: & iocoſam
Dignãq̃ auribꝰ & tuo cachino
Ride quicquid amas cato catullum:
Res eſt ridicula & nimis iocoſa:
Deprẽdi modo pupulum puellæ
Truſantem: hunc ego ſi placet dione
Pro telo rigida mea cecidi.

De Mamurra & Cæſare.

P Vlchre cõuenit ín ꝓbis cinædis
Mamurræ pathicoq̃ cæſariq̃
Nec mirum maculæ pares utríſq̃
Vrbana altera. & illa formiana:
Impreſſam reſident nec eluentur:
Morboſi pariter: gemelli utríq̃
Vno in lectulo erudituli ambo:
Non hic q̃ ille magis uorax & adulter
Riuales ſocii & puellularum
Pulchre conuenit improbis cinædis.

ANTO.

ORẽ ri. ca. & iõ. Puſionẽ quẽdã q rei uenereæ imperitꝰ poetæ amicã ſubagitare cupiẽs inepte tentabat: Catul. in conatu deꝓhẽdit, illũq̃ fruſtra laborãtem mẽtula ſua ꝓcuſſit. Cat. itaq̃ alloq̃ eiuſq̃ cachinũ ad ridẽdũ excitat. Incertũ eſt quẽ nã Catul. itelligat poeta. Vticẽſem itelligi nõ poſſe affirmauerim. nã quũ hæc Catul. ſcribebat iã Iuliꝰ Cæſar ut bis ſupius patuit ipiũ ro. occupauerat & Cato iã uticæ añ cæſaris ipiũ ſe pemerat. niſi dicamꝰ nullũ eẽ certũ hoꝝ epigrámatũ ordinẽ plurios ãt fuiſſe Catones diligẽter ſcribit Gel. Tuo ca. hoc uticẽſi Ca. dici nõ ꝓt. cõſtat. n. illũ rigidiſſimũ fuiſſe: ut Cic. in oroneꝓ Murena pláe ídicat. Pupulũ: antiq pupũ pueꝝ & puellã pupã dixerũt. Varro. Mãmã lactis ſugentẽ poſcere pupum. Inde diminutiua pupulũ & pupillũ. Truſãtem: mẽtulã ĩ exteriora gẽitaliũ agitãtẽ ipellẽtẽ. nã & trudere de re uenerea dicit: Mar. Trudit & digitis panucea mentula laſſis hic molæ truſatiles dicunt q̃ manu agitãt: ut eſt apud catonẽ in re ruſtica: a quo truſare. Dione. mater fuit Veneris a qua filia Dione denominata eſt. Papin. in achilleide. Sed ſolã nimiũ uidiſſe dionẽ. Cecidi. ꝓcidi: pædicaui. Mea ri. ſ. Mẽtula Rigida. turgida. ꝓtẽſa. Mar. In molli rigidũ libenter hẽs.

PAL.

ORem ridiculã. Verſus eſt endecaſyllabꝰ. Poeta noſter declarat Catoni ſe pedicaſſe pueꝝ quendam in amicæ ſuæ cõplexibꝰ deprehenſum. Ridiculã: riſu dignã. Cato: ambigit ad quẽ ſcribat catonẽ Auribus. i. auditu. Tuo cachinno: tuo riſu. Quicqd amas: quãtũ diligis. Deꝓhendi: deꝓhẽdimꝰ ꝓprie occulta. Pupulũ puel. amicæ meæ pueꝝ. Veteres. n. pueros puppos & puellas puppas dixerũt. Truſantẽ: ceuẽtẽ uel membrum in uiſcera impellentem. Protelo: cuſpide. Meæ rigidæ dæ meæ mentulæ rigentis. Cecidi: percuſſi ſiue uerberaui.

In Mamurram & Cæſarem.

ANTO.

PVlchre cõuenit ĩ probis cinædis. Satirico morſu Iuliũ Cæſarẽ atq̃ Mamurrã phormianũ exagitat nefãdas eorũ libidies: rapinas: effœminataſq̃ mollicies carpens. in hos extat poetæ illud ſupiꝰ amarulentiſſimum iãbicum. Quis hoc põt uidere qs põt pati. Maculæ ifames uitiorũ notæ & eoꝝ auaritias atq̃ rapinas itelligit: aut certe eorum ifamia adulteria ſignificat. Vrbana altera. urbana Cæſaris adulteria q̃ illi ĩ triũpho a militibꝰ uerſu feſcenino libere obiecta ſũt: ut notat Trãql. hoc uerſu ſeruare uxores mœchũ caluũ adducímꝰ. Illa phormiana. nã Mamurra fuit phormianꝰ ut ſupra dictũ eſt. Impſſæ. i. eoꝝ facie uitaq̃ ifami ifixæ ſunt. Eluent: delebunt. Morboſi. flagitioſi. Vno inlec. lectũ cubiculariũ dicit ubi flagitioſas libidines agitat. Hic: Mamurra. Quam ille. Cæſar. Vorax. prodigus: luxurioſꝰ: guloſus ut ſupra. Et ſi ipudicꝰ & uorax: & aleo. Riuales ſo. & pu. ordo ẽ ſocii riuales puellularꝝ.

PAL.

PVlchre cõuenit. Verſus ẽ. Endecaſyllabꝰ. Cõuitiat hoc quoq̃ epigrámate iulio cæſari & mamurræ formião oſtẽdẽs eos optĩe cõgruere. cũ ãbo ſint cinædi: morboſi: uoraces: adulteri: & ĩ amãdis puellis riuales. Pulchre cõ. Cæ. ígt & mamurra bñ cõueniũt. Nec mi. nec res mira ẽ eos. ſ. bñ cõuenire. Maculæ: maculas appellat uitioꝝ notas. Vrbana: cæſaris. Formiana: Mamurræ. Nec eluent: nec lauabunt. alludit ãt ad maculas q̃ ueſtimẽtis factæ aq̃ uel aliq̃ alia re elui ſolẽt. Morboſi: piter: hoc niſi adaĩ morbos referas. catul. diſſẽtit a Sue. q ſcribit cæſarẽ ꝓſpa ualitudíe fuiſſe: niſi q tpe extrẽo aío linq atq̃ ẽt p ſomnium exterreri ſolebat. Gemelli: nõ re uera gemelli ſed eq̃les. Voraces: luxurioſi gulæ dediti. Adulter: cæſarẽ adulteriis delectatũ ídicat idẽ Sue. Riuales ſocii: riuales & riuini dicunt æmuli de mulieribus. facta a feris trãſlatiõe q ſitientes cum ex eodẽ riuo hauſtum petũt: in ꝓlium cõtra ſe inuicem concitant. Sic Cic. pro cælio. Sin erit ex illo fonte riualis. Puellularꝝ: ſcribendum eſt puellarꝝ: ut ẽ uerſus. Suetoniꝰ

ANTO. CAeli lesbia nra lesbia illa. Lesbiæ suæ īsatiabiles & multiplices libidies coitusq; cū populo agitatos facete idicat Cælio ptori. Cæli. hic ē ille. M. Cæli. ptor: p quo cicerōis pstās extat ofo. Angiportis: hoc angiportū dr. ut Terē. Illā angiportū ñ ē puiū. & hic angiportus Hora. Flebī solo leuis angiportu: & ut scri. Dona. angiport⁹ ē angusta & curua uia. alii dixert q; sit loc⁹ angust⁹ iter port⁹ & domos. Glubit: excoriat expoliat. aut. n. dicit. Lesbia scā mere trix publicā iuuētutē rōaná spoliat & dēudat: aut rē pudēdā tāgit. Nā mulier crissans uirilia mēbra excoriat. Glubit. n. significat dēudat & spoliat erūpit. M. Var. de re ru. Glūaur hre ætymō uocabulū a glubēdo: q; eo folliculo deglubet granū. Var. in re ru. Quæ senē matur nō hēbit quū glubet tēpestiua erit. Magnanimos. iro nice. Nepotes: posteros. Remi: pro Romulo posuit. supra disertissime. Romuli nepotum.

Ad cælium.

c Aeli lesbia nostra: lesbia illa:
Illa lesbia quā catullus unam
Plusq; se: atq; suos amauit omnes:
Nūc in quadriuiis: & angiportis
Glubit magnanimos remi nepotes:

Ad Camerium.

n On custos si ego fingar ille cretū
Non si pegaseo ferar uolatu
Non ladas ego penniferue perseus:
Non rhesi niueæ citæq; bigæ.
Adde huc plumidas uolatilesq;:
Ventorumq; simul require cursum:
Quos iunctos camerī mihī dicares:
Defessus tamen omnibus medullis
Et multis langoribus pressus
Essem; te mihī amice quæritando

PAL. CAeli lesbia. Versus est ei⁹ generis cui⁹ supior Mœstus poeta scribit ad cælium de turpissimo lesbiæ amicæ suæ q̄stu: q; lucri dulcedine capta plurib⁹ sui copiā faciat. Cœli: puto hūc eē cæliū: cui⁹ plurimæ sūt ad Ciceronē epistolæ. Quadriuiis: quadriuia sūt loca ubi quatuor uiæ cōcurrūt. Angiportis declinatur hic angiport⁹ & hoc angiportū: sūt aūt angiporti uiæ in urbibus angustiores: sicut plateæ latiores. Glubit: excoriat. Sueto. de Tiberio. præcidib⁹ onerādas tributis, puincias suadētibus rescripsit boni pastoris eē tōdere pec⁹ nō deglubere. Magnanimos remi nepotes. Remi posteros designat Romanos.

Suetoni⁹

ANTO. On custos si ego fingar ille Ad Cameriū. cretū. Importunas Camerii larebras iterū iocose arguit significās sibi nullas tā magnas uires nullāq; tā īdomitā celeritatē posse dari: quas in q̄rēdo Camerio defatigatiōe non cōsumeret. Nō si. ītelligēdū est te iueniā: aut aliqd tale. Custos cretū. Dædalus Mitiōis fili⁹ athenis capitis iudiciū effugiēs in cretā delat⁹ īgenio adeo accept⁹ fuit Mīnoi ut atheniēsib⁹ bellū īferēs illū regni p curato rē reliq̄rit: unde custos certū. a Cat. nūcupat. Sūt q referāt ad labyrinthi custodiā: qd nō placet. de Dædalo legās Diodorū siculū li. v. Cretū. cretēsiū cres cretis declinat. Pagaseo. pegasus equ⁹ alat⁹ ex Medusæ sanguine ort⁹ dr. poetarū carmīb⁹ maxīe decātat⁹. æthiopia. ut ait Pli. li. xiii. ca. xxi. generat equos pēnatos & cornibus armatos quos pegasos uocāt. Lada. Ladas uelocissim⁹ fuit cursor. Cui⁹ Cic. ī rhetoricis memīt. Mar. ī. ii. Inuitū iubeas subire ladā. Mīx igr ē neq; a Pli. neq; a Soli. egregios cursores describētib⁹ hui⁹ ladæ: quē pbatissimi tres auctores celebrauerūt usq; nom̄ positū fuisse. Perse⁹. fili⁹ Iouis & Danaes acrisii argiuox regis filiæ ex aureo ībre ut ferūt fabulæ genit⁹: missus a Polydecte Magnetis filio ad gorgōas: a Mercurio q eū dilexit thalaria & pegasū accepisse existimāt. plura de pseo legito ap̄d Hyginiū. Nō rhesi. Rhesus cerōei fili⁹ thraciæ rex equos hūit uelocissimos ī qb⁹ ad troiā ducēdis pēdebāt fata troiana. quū eos ad troiā duceret: aciā clausis portis noctu ī littore castra posuisset: Diome. auertit equos ī castra priusq; pabula gustassent troiæ tātū q; bibissent. de Rheso legas Homerū ī. x. iliados. Bigæ. biuges eq. Plumipedas. i. alipedes hoc ē ueloces ut Calais & Zethis fuisse ferūt. Volatiles: ut oia uolalitiū gña. Vētox. q alati a poetis fingūt. Iuue. ī. v. sat. Nā dū se cōtiet auster: Dū sedet & siccat madidas ī carcere pēnas. Oui. Hæc boreas aut nō īferiora locut⁹ Excussit pēnas. Oīb⁹ medullis. exp̄ssio ē extrēæ defatigatōis quū medullit⁹ se defessū cōquerat. Et multis lā. p̄s. hic uersus in oīb⁹ q̄ adhuc legi exēplaribus corruptus est. Nā scās pes q deberet eē dactylus inuenitur sponde us: nisi forte suspicari uolumus a catullo factam epenthesim ut sit langoribus: ut induperator.

pene diem tam occupatum agas: quin aliquid aut legas: aut audias: cumq; plurimum scias: quottidie tamen aliquid addiscas: & ita mehercules oportet senatorii ordinis uirum: qualis es tu: uitam degere: ut. s. post occupationes multiiugas: post sequestratam reipublicæ administrationem: in diuersorio musarum q̃si respiret ac requiescat. cumq; homo ad duas res: ut ait Aristoteles intelligendum & agendum natus sit quasi mortalis deus. tu intelligendo agendoq; uicissim instar optimi senatoris: modo negocios as: modo ocios as uirtutes exerces. quibus medius fidius beatitas comparatur. Quantum tu exemplorum: quantum antiquitatis tenes. quãtus in litteris interioribus es. Quid porro dicam de illis naturæ ac fortunæ bonis: quæ in te amplissima conspiciuntur? Tu ingenio præsentissimo: tu nitore linguæ extemporali præditus: tu solertia quadam peculiari. tu denicq; politicis uirtutibus decoratus paucissimos habes in ciuitate nostra tibi cõparandos. Homericus ille Agamemnon optata diis immortalibus sibi dari decem: consilio atq; prudentia nestoris simillimos. Ego uero optare non desino ut. R. P. Bononiensis totidem habeat senatores Mino roscio æquiparandos. Viget in te adhuc iuuene. Adhuc adolescẽte quædam senilis prudentia: quæ cæterarum uirtutum dux est ut inquit Plato: sine qua socrates nullas uirtutes esse existimabat. Viget in te ea uis mentis: id acumen: ut nihil non prudenter consultare: solerter inuestigare: & adamussim conficere possis. Huc accedit gemina quædã in negociis publicis priuatisq; obeundis dexteritas: in sermocinationibus affabilitas: in rebus seriis grauitas: in iocosis urbanitas. Deniq; tibi ingenium sic ad omnia uersatile est: ut uir omnium horarum merito dici possis: id quod olim de Asinio pollione dictum est. seriis iocisq; pariter accommodato. Quibus haud dubie rebus effectum est: ut tu ante legitimam ætatem allectus fueris in senatum concordi cunctorum suffragio: ut apud illustrem principem nostrum Ioannem bentiuolum in magna sis: sicut esse debes: estimatione: ut apud clarissimum eius filium Hannibalem quo potissimum discipulo gloriamur: sis omnium longe honoratissimus: qui te tanti facit ut pluris faciat neminem: ut sine te nihil altum auspicetur. Diuitiæ uero: quæ tibi sunt luculentissimæ: non te insolentem efficiunt: ut multos: sed magnificum. ut paucos: & censu plane senatorio senatoriaq; tueris dignitatem. Amicorum clientũq; qui frequentes domum tuam colunt. propugnator acerrimus: subsidium q̃ optissimum. Postremo cui conuenientius dicari debuerant commentarii de rebus amatoriis disputantes: q̃ illi: qui amare nouit: qui amatoria callet. Quo modo enim græcorum historias illi magis intelligunt: qui Athenas spartamq; uiderunt. Quo modo tertium æneidos Virgilianæ librum lucidius illi intuentur: qui ut ait diuus Hieronymus a Troiade per leucatem: & Acroceraunia ad siciliam: & inde ad hostia tyberina enauigauerunt. Ita poesim enarrationemq; amatoriam melius ille percipiet: iucundius ille lectitabit: qui stipendia fecit in ueneris contubernio: qui fuit assecla cupidinis: illius inquam cupidinis: qui beatissimus. pulcherrimꝰ optimus est: qui nos diis amicos facit: quem Plato in sympos io celestem præciosumq; esse autumat. & profecto turpe non est amare. immo optimi quiq; & generosi non clanculum: sed palam amauerũt: nec ullus adeo ignauus est ut philosophi dixerunt: quem amor non inflammet ad uirtutem: cuius non uegetetur ingenium marcore hallucinationibusq; discussis. Soliq; sapientes ueri sunt amoris sectatores. Vnde elegãter inquit Afranius: Amabit sapiens cupient cæteri. Tibi itaq; nemo probro: nemo dedecori det q̃ amaueris: q̃ ames: qui sapiens es: qui iuuenis: qui eruditus: cum & sapienti & erudito & iuueni amare conueniat. Sed hæc hactenus. & enim epistolicus character non minus peccat: si supra modum euagetur: q̃ si infra modum coerceatur. Accipito igitur clarissime senator commentarios a Philippo tuo concinnatos in Propertium: eosq; illa frontis serenitate perlegito: qua tu id genus scripta legere cõsuesti: cui semper fuit studiorum summa reuerentia: summus amor studiosorum. Equidem pro uiribus curaui ne inutiles penitus forent: ne emptoris impensa periret: ne operam lector amitteret. Verum operepreciũ me feciſſe exiſtimabo: ſi tibi tuiq; ſimilibus enarrationes noſtræ probabuntur. Pluris enim facio unius eruditi iudicium: q̃ ſexcentorum male litteratorum. Tu autem cum in ocio litterario ſine interpellatore uerſaberis: cum ab omni ſerio eris feriatus: cum deniq; nihil agere uoles: tunc in manum ſumito libellos Philippi tui: qui te fraternæ diligit: & reuerenter obſeruat. Quod reliquum eſt dii faxint: ut hic commentarii: qui in exemplaria mille tranſcripti ſunt: ſempiterni teſtes ſint mei erga te amoris: & obſeruantiæ. Vale decus meum & me ſicuti ſoles ama.

Huic epiſtolæ ſubiunxi aliquot locos partim a nobis noſtro marte emendatos partim acuratius explicatos q̃ ab aliis excacari ſoleãt: ut ex his cãdidꝰ lector p̃iudiciũ facere poſſit qd ſit de totis cõmẽtariis iudicatur.

Pallidus ora timor. nos emẽdauimus. palladis ora tu-
Cur uatẽ herculeũ. p curua ten herculeũ (mor
Parthaſius parua. pro pireicus.
Mens bona ſi qua deo eſt. pro ſi qua dea es.
Armantur etruſca ſagittis. pro ſuſa.
Perſuaſæ fallere prima ſat eſt. pro rima.
Nauita diues eras. pro non ita.
Dure poeta. pro choe.
Munitus henricus hoſtis equo. pro munito ſericus.
Offenſam illa mihi. pro infenſa.
Cera philippeis. pro philitheis.
Syriganam tracto. pro ſericanam taceo.
Magnus & ipſe ſuos. pro nanus.
Detonſis ab annis. pro mannis.
Critei carmine uatis.
Fluminaq; hemonio cominus iſſe uiro.
Migdoniis cadis. pro modis.
Perrhebi tremuere cacumina pindi.
Puros ſideris eſſe dies. pro iſidis.
Prætoria claſſica.
Sic ſanctum tatiæ compoſuere cures.
Qui dabit immundæ uenalia fata ſaginæ.
Clauſus ab umbroſo qua ludit pontus auerno.
Et nobis aquilo cynthia uentus erit.
Libera ſumpta toga.
Sirpiculis medio puluere ferre roſam.
Cornicum immeritas eruit ungue genas.

Pa lladius Fuscus ad eundem iuuenem Clariſſimum Laurentium Bragadenum omnium bonarum artium alumnum.



I ſunt noſtri in Catullum commentari Laurentii iuuenis clariſſime. Quos ego hortatu amicorum æditurus tibi lubens dedicaui. Vt ipſi tuo cæterorũq; Bragadenorum fauore aliqua ex parte muniti in medium audacius prodirent. Quanuis enim in toto opere uſus ſim eo temperamento ut nemini unquam detraham: & ſi quid ab aliis didicerim: id acceptum referam: Video tamen mihi quoq; paratos eſſe illos. Qui obtrectatione alienæ ſcientiæ famam ſibi aucupantur. Vel ob id potiſſimum q; nonnullis in locis partim uetuſtioris exemplaris fidem ſecutus: partim ingenio meo fretus epigrammata quæ alii interpretes ante me uinctim legerunt. diuidere. & alia quæ iidem diuiſerunt, coniungere non dubitauerim: ſed tu tuiq; ſimilium iudicio contentus Homeromaſtigas omnes & quicunq; illis fauet ut Catulli uerbis utar pili facio. Valeat præſtantia tua cui me plurimum commendo.

¶Emendationū Hieronymi Auācii Veronēſis in Lucretiū:in Catullū:in pryapeias:in Statii Syluas. Editio Secunda.

¶Hieronym⁹ Auāti⁹ Vero.Nobiliſſimo Viro ac Poetæ illuſtri Aelio Lāpridio ceruino Rhacuſæo.S.P.



Itteras tuas tam libens accepi:ut nil unquā libētius:non q; his uigilias nr̄as,p̄baueris lauda ueris exornaueris:ſed quia(quod diu exoptauerā)eruditiōis tuæ ſi nō dign⁹ p̄co: at certe legittimus ueriſſimus tīdiſſimuſq; teſtis adero.Elegiā enī ac epiſtolā ad me tuas miſiſti tā cultas mediūſfidius tanque elegātes:ut ſi unius mēſis fætura hæc eſſet(alioq tibi ſcio uix dies unus ad reſpondēdū ſupfuit)admiratiōe quidem multa & uerſus & litteræ huiuſmo di cōplecterētur.Qualia nanq; carmina tua(quæ maturuerīt)fore cogitam⁹?quid ex te nō expectabim⁹?quū quæ ad nos eōcinnaueris.uix ocyus ſcribantur.Quod de yſæo Pli nius de te profari libet.Magna fama p̄ceſſerat:maior inuenitur.Tu equeſtri oratiōe clarus:pedeſtri nobi lis:utraq; inſignis.Sed quid cātatiſſima recēſeo?illud magis a te expetimus:ut nō modo meas in Lucretiū: quod pollicit⁹ es:ſed iāpridē editas in Catullū in priapeias in Papiniū emēdatiōes examines recognoſcas & caſtiges.Artificē quis enī niſi artifex & idē ſolertiſſimus p̄ſpexerit.Plura Auſonii metra deprauata dep̄ hendi:pluriſma mox reſtitui:quæ nūc breuitatē affectans in aliud tēpus reſeruo. Lucretio itidē(quē p me pœne ī finitis locis emēdatū ſupiori mēſe īpreſſū ad te miſim⁹)multis aliis locis lucē dabim⁹:uex quas ī eo dem emendatiōes uel impreſſores innumero numero fatigati ommiſerint:uel quas eundem reūſens ob ſeruauerim. Tu uideas.

¶In.a.primo lege lumīe cœlū:nō numīe:& deme ſex uerſus:quos prænotaui. ī.a.3.pone illū uerſū & quo quæq; modo poſt illum.ſ.perſpiciemus.In.a.iiii.lege acris uis obeat pro textura.In.a.7. poſſes legere con tra fateri:quia priſci cōtra ultima īdifferēti enūciabāt.ibidē.l.cognita ades paucis.in.b.prīo ubi agit de he raclito lege clarus ob obſcurā linguā:ibidē cernūt cōtraria muſant.& ibi pte receptent:& legerem ibi Dice re porro īgnē res oēs eē:neq; ullā.in.b.iiii.Adiuuet amiſſo iā corpe.ibidē legerē ſanguis an?an ne os?nō āt ſanguis ad nos.in.b.y.diſptita eē.in.b.7.ſūmū qua gen⁹ animantū ē p̄celeumatic⁹.in.e.iiii.ē illis īnata ptās: in.c.y.oīs.n.ſēſus q̄ mulcet cā:ī.d.prīo nō ītelligo illos uerſus religiōe animū &c.in fine ſcdi libri lege qđ ſæ pe nocētes p̄terit:ibidē legit̄ p̄fice finē:ubi nec Lucretiū ītelligo nec Noniū hāc dictionē exponēte.ibidē.l. uſq; adeo pereūt fœt⁹ augētq; laborē:in.d.8.lege aut ēt uēti.i.ſupbiæ.ī.g.yiii.l.qđ igni cōlabefacta.in.e.pri mo lege lætamur parte ualēti:in.m.yi.lege albos decedere ningueis,p niues.Lucretiū forte illuſtrioré red deré:ſi a medicor̄ lectiōe aliqd tpis ſuccidere poſſem.Tibi igitur uni hæc pēsitāda aſcribim⁹:tum q; mihi tui ſtudioſiſſimo mirifice faues:tū q; apollinē(qcū utriq; uerſamur) tu lætiori negocio cōſulis: mihi nāq; diuerſiſſima medicor̄ p̄ſcripta uix ille cōciliat.Eo aūt duce archana pnaſi penetralia nemo te licēti⁹ init. nemo in musar̄ choros libēti⁹ admittit̄.Vale uir optime & tibi clariſſimiſq; ciuib⁹ tuis me ac domū me am:quam multis beneficiis deuinxiſtis:obſequentiſſimam deuouemus.

Auguſtinus Morauus Olomucenſis Iuris pōtificii & liberaliū artium Profeſſus ſtudioſæ iuuentuti.S.P.

QVom nihil p̄ſtabilius in rebus humanis inueniat̄ nihilq; diuinius q̄ &,p̄deſſe multis:& in quo deficere cæteros uideas opas in cōe largiri.Id qđ a ſūmis ſæpe uiris factitatū īuenim⁹. Qui tū ſe demū boni aliqd aſſecutos arbitrabant̄:ſi id in utilitatē plurimor̄ collocatū īri ſenſiſſent: nō ut id ītra priuatos p̄tes cōtineāt:qđ miſeri ſemp ac ſordidi īgenii exiſtiatū eſt:nō in his mō q̄ in uſū traducēdæ uitæ cōpata ſūt:ſed ī eis & ex qb⁹ tanq̄ penetralib⁹ quibuſdā:& uitæ nr̄æ īſtitutū optimū & excolēdis īgeniis fructū uberimū eruere poſſim⁹.Quod ip̄m quāto ſtudio antiquitas curarit: ut legēdi ſcilicet optimi cuiuſq; auctoris cōmoda cuiuis facultas daret:cū liberalitas principū p̄ea tpa. tū bibliothe cæ ſūptuoſiſſimæ tāta bonor̄ diligētia cōpatæ oñdūt:ut mihi nō mir̄ ſane uideat̄:tot uiros eruditiſſimos tot p̄clariſſima īgenia uno ſimul tpe efloruiſſe:ubi ea excolēdi īgenii q̄ſi armamētaria q̄dā publicit⁹ expo nerētur.Vt enī Piſiſtratū athenīēſem trāſeā:& poſt hūc Seleucū Nicanorē:quor̄ opa īcredibilis libror̄ co pia athenis cōſtructa dr̄.Illudq; ēt q; īcredibile ferē bello.ſ. Alexādrino Cæſaris ad ſeptingēta uoluminū milia cōflagraſſe.Nōne ei⁹ rei apud Romanos cōplura nobis exēpla nō ſuppetūt:quāta uel a Paulo Emilio uel Lucullo poſt p̄dā pōticā libror̄ copia fuerit cōpata.Dato poſt &.M.Varroni negocio bibliothecas oīs utriuſq; linguæ ordinādi ac digerēdi.Nullū.ſ.uberioré īgeniis fructū rati:q̄ ſi id in quo detineret̄ quiſq; ma xime:data ſibi legēdi copia aſſequeret̄.In quo æuo nr̄o nō gratulari:& quidē uehemētiſſime nō poſſū:qđ extincto iā,p̄pe bonar̄ litterar̄ ſplēdore:in ea rurſū tpa redierit:ut exuta barbarie in priſtinū illud decus denuo aſpiret.Taleq; cōgerēdis optimor̄ auctorū libris ſtudiū adhibeat:ut id breui cū his q̄ dixim⁹ tpibus iure cōfigere poſſit. Sed neq; fideliſſimi īterp̄tes deeſſe nobis uident̄:qui ſicuti.M.olim Varro id annitā tur ſedulo ac ſtudeāt:ut quoad ei⁹ fieri poſſit eos qui tp̄m iniuria q̄ſi interierāt:ueternoq; ac pedore iā,p̄pe ſepulti fuerāt ī lucē dignitatēq; priſtinā reuocētur.Sic enī Pli.ſic Pōponi⁹ Mela.ſic Papini⁹ Stati⁹ & ſic Pro pertius:Iuuenaliſq; leguntˉ:& qui ſupiore æuo oīb⁹ mēbris diſcerpti fracti exanimeſq; uidebant̄:nūc inte gri ſolidi uiuidiq; p̄ſpiciunt̄.Solus poetar̄ Catullus quo nemo ſuauior:nemo iucūdior:nemo terſior fue rat ſcabra:adhuc rubigine cōſitus detinebat̄. Cui ad tēpor̄ iuriā:ne id quidē defore potuit. Quomin⁹a

litteratoribus quibuſdam ſtigmatibus ineluibilibus inureretur. O miſerandam lepidiſſimi poetæ fortunam. Quis enim indolere uehementius non debeat: eas humani generis delicias tenebroſis quorūdam erroribus adeo obductas: ut iure ac merito dicere poſſim⁹ id quod de ſe Vates ipſe lepidiſſimus uaticinatus eſt. At uobis male ſit malæ tenebræ orci quæ omnia bella deuoratis. Tam bellum mihi paſſerem abſtuliſtis o factum male o miſelle paſſer. Verum enimuero rerum natura parés diutius tantam iacturam non ſuſtinens. quom aliquandiu poeta iucundiſſimus ſitu marcoreque ſqualeret quo modo tandem. hūc etiam in lucem reduceret enixa eſt: ideſt ut ciuium ipſius inueniretur aliquis qui eum & a barbarie uindicaret. & ubi aliqua uel mendoſa uel abſtruſa eſſent emendaret explicaret: atque digereret. Is eſt Hieronymus Auantius Veronenſis cuius uigiliæ eximiaque in ciuem ſuum pietas id tandem efficiſſe perſpiciuntur ut ex obſcuro nitidum ex lacero ſolidum & ex barbaro denique latinum denuo efficeret. Quod ſi obſeruatos ciues uel Sicinius dentatus uel Aphricanus minor decreto publico Ciuicas meruere. Quis non hunc etiam ea dignum exiſtimet: qui ciuem ſuum non ſeruaſſe modo: ſed ab inferis quodámodo reuocaſſe uidetur. Verum tanta fuit hominis modeſtia tāta ingenii uiuaciſſimi diffidentia ut eas uigilias ſuas nō niſi paucis & his quidem amiciſſimis: quom ruri rediret exhiberet ut uel arrogantiæ omnem a ſe ſuſpitionem amoueret: uel emulorum obtrectationibus: qui præclara omnia ogganniunt occaſionem omnem adimeret. Ego uero cui iā annis duobus eas uigilias ſuas utpote: qui currentem eum (ſicuti aiunt) plærūque impuleram ſingulari humanitate ſua dedicauerat neue menſtruos illos labores (ſic enim eos appellabat) ederem. una etiam iniunxerat conſiderans mecum quantum ſtudioſis omnibus gloriæque Catulli conſulerem ſi in publicum quandoque emitterentur. Malui amicitiæ noſtræ diſcrimen ſubire: præuaricatorque uideri: quā ea intra ſcrinia continens. Catullum ita ſicuti erat ſcabrum ſentumque intra ſtudioſorum manus relinquere: quum preſertim Hieronymi etiam gloriæ non parum conſultum iri uidiſſem hæc enim ſcripta Leonicus patauinus: Iacobus comes Iuliarius Veronenſis aurelius ariminenſis. Calfurnius Brixienſis: nulla nō laude maiores ſedulo perlegerunt ac mire comendarunt. Quom & ingenii ipſi⁹ dexteritas. taliſque in ciuem ſuum pietas uulgo ſtudioſorum innoteſceret ut qui de ſe complura alias præclaraque teſtimonia concionibus publicis præſtiterat: quātum etiam hoc genere ſcripti præſtet: tum etiam qualem de ſe ſpem in reliquum præbeat: his ueluti laborum ſuorum primitiis declarari poſſit. Has itaque emendationes Catullianas lætis animis iuuenes ſtudioſiſſimi accipite. atque Catullum ipſum ita uobis reſtitutum tali deinceps cura diligentiaque excutite ut & ſales ipſius habitumque generoſi huius carminis (id quod facturos uos non ambigo) penitus imbuatis. Patauii tertio Nonas Martii. Anno Chriſti domini. M.cccc.xciiii.

Hieronymus Auantius Veronenſis Auguſtino morauo olomocenſi. S.P.

SCribis Auguſtine eruditorum humaniſſime tibi renūciatum eſſe. Quēadmodum hac publica ſtudiorum remiſſione ſepoſitis altioribus ſtudiis Valerii Catulli luſus retractem. Rogaſque ut tibi Catullianas dictiones mancas aut inuerſas ſeu epigrāmata incautius cōgeſta tranſuerſo calamo illinire uelim. Et ſi onus ſupra uires meas iniūgis turpiſſimū eſſe duxi tuæ uolūtati morem non gerere: quem tantopere & colo & obſeruo. Malui potius audentior uideri q̄ullam a me repulſam acciperes: immo & libentius quid in mentē ſuccurrit te auſpice obſeruabo. Expectaturus tuum de meis omnibus annotatōibus ſimplex iudicium ac nudum examen: quum preſertim ea te comitate præditum ſciam: ut ſtilum rudem quo hæc condita erunt in bonam partem acceptarus ſis: quūque pbe cognoſcas iā ab hinc annis quinque me humanitatis ſtudiis pœne renunciaſſe & philoſophorum dogmata: quæ noſtro tempore horrida ſunt & inculta: proſecutū fuiſſe. Cur autem hac tempeſtate manſuetiſſimas muſarum delicias recolem paucis accipē. priuſquā philoſophorum ſacris initiarer impenſiſſime conatus ſum Catuliana plæraque loca abſtruſiſſima percipere. ac potiſſimū uatem hunc a ſyllabarum p̄uaricatiōe qua maxime notabatur uindicare: nūc autem quū intermiſſis ſeueriorib⁹ ſtudiis in agrū meū ut apud me eſſem ſeceſſerim. nonnulla alia reſtituī loca. Qua induſtria id effeci ut me haud laboris pœniteat. Meret pfecto Catullus quē. A gelli⁹ (ut ſis) uatū elegantiſſimū appellat & omnes priſci uno conſenſu doctiſſimum nominant eruditorum manus quarū (ut ſic dicā) lima ſordes omnes deponat: ut ſuum priſtinum nitorē & cultum reſumat. Quare lætor hoc ſæculum acutiſſimis ingeniis florere: quorum pia cura (non poſthabitis tamen his uigiliis noſtris). Catulli legitimus libellus. Qui tot annis barbarorum manibus deturpatus eminentium poetarum conſortium erubuit: poſthac in lucem prodire non dubitabit. Quis enim ante calphurnii caſtigationem Catulli ſcripta non ſtomachoſus attingebat. Hic porro quantum humani uires ingenii paſſæ ſunt uno menſe elaborauit ut quatuor illi poetæ emendatiores haberentur: Parthenius quoq; (ne longe abeam) plura loca in ſuis cōmentariis reformat: & multis aliis locis lucem daturus erat: niſi amicorum aſſiduis & præcibus & adhortationibus editionem pœne præcipitare coactus fuiſſet. Verum nunc ut accepi feſtinationis iacturam mora ac diligentia reſarcire nititur. Ego interim ut pro uiribus noſtris tibi mos geraſ quic quid uel ex uetez codicum preſidio uel ex aſſidua noſtra uerſuum librationē obſeruauerim breuibus explicabo. Non.n. omnium rationes ſubiiciā. Hęc.n. tibi committimus ut conferas cum aliorz opinione

iudicium noſtr̃:quod tantiſper a te probari exiſtimabo:dum id in aliquib⁹ (ut ait Plinius) diſplicuiſſe cognouero. Omne Catulliani carminis genus ſeorſum percurrā atq; ut plenius optatis tuis obtemperem non modo ſyllabar̃ q̄ntitatem penſitabo ue& prauas dictiones ſimul exarabo.

¶ Imprimis duo ſint paſſeris carmina:in primo lege uſq; pipulabat:non pipillabat:propter metrum:De paſſeris intellectu ſicut in uerbo Expernare a politiano diſſentio uel ex illo martialis epigrāmate. S. Accidis infandum noſtræ ſcelus aule puellæ:uide reliquos martialis uerſus:Antiquior codex habet ſicut ipſe poſſem:non ipſa:Et habet diu negatam:non ligatam:& ueſtra nunc opera:non tua:et rubent ocelli:non timent:infra lege puluinus quæ peræq;:addoq;.L. Sertis ac ſyrio:non aſſyrio:et per aſſyrium oliuum intellige omne genus odor̃ ex ſyriis germinibus confector̃:ut nardum malobathr̃:amomum & alia:Ibi L. Antiſtās mihi:non antiſtes:lege ibe& per ſyncopā. Et. L. ſenemq; matrem:non ſanā:nec tuam. L. nihil nec ipſis:non mihi:ibi. L. nec facere pili cohortem. i. nihili cohortem faceret:non autem daret primipilare munus:tunc. n. pilum primā producit:ibidem potes legere ære comparaſti:& eſſe comparaſti. L. ad lecticam homines:non hominum:ut alioquidocti ſcripſere. L. facerem beatio&. L. quod mala incidiſſet. L. Eſt cinna grauis:uel ut alii mallunt cinna eſt caius. L. quā mihi pararim. L. Inter cœnā aſini:fere oēs codices bn̄ hn̄t. Vt me tot male:non malis:Infra. L. ut libet moueto:nō moneto. L. nō dico pueris ſed hiſpidoſis. l. o qui floſculus es iuuenculorum lege:hæc tu quā libet abiice eleuaq;:infra. l. ingere mi calices amariores. i. antiquiores:ut pluribus uerbis diximus in prima editione ex Seneca Plinio & Columella.

¶ Infra. L. at uobis mala multa:multa mala caſu quarto :obprobria quinto caſu:romuli remi ſecūdo caſu. Infra. L. nō nō hoc tibi falſe:nō falſe ſic ſupra. L. hoc falſum eſſe putas:Infra. L. magna a cecilio inchoata mater. Innuit. n. Eruditā puellā amaſſe opus de cybele exorſum a cecilio:Infra. L. deſiſſemq; truces uibrare yambos:nō dediſſem:itidē epigrammata duo digeſſi:ut phalecium ſic legas Male eſt Cornifici:nō carnifici ut paſſim:ſed de hoc in alio yambo. In hoc Endecaſyllabo dactilus eſt ſede prima:ut ſupra. Ingere mi calices et ifra tribrachus Camerium mihi &c. Infra. L. miſelle raeide:eſt. n. hypermeter. Infra. L. Ac me illa illa:ibi. d. ſolet hæc imaginoſum:ubi innuit acmen pati primam ſpeciem tertii generis inſaniæ deſcriptæ a cor. celſo. lib. 3. capite. 18. Sequens uerſus tetraſtici ē pricipium. Infra legerem aſſis non olidum facis lupanar:ne olidum primam producat:Infra. L. Niceæq; ager uber:nō ruber. Ibi. L. Dextra ſternuit non ſtertuit. nam ut in geſtis themiſtoclis. d. Plutarchus:& docet Ariſtotiles primo:ac etiam. hic de animalibus ſternutamenta dabant auguria: Vtinam ſcirem liberare conciſa confuſaq; carmina ſequentia: ſed in primis. L. Meus crimina:non carmina:ibidem ex ſeneca. L. ſolopichium diſertum:uocat enim caluum cubitalem: quem eundem puſillum:ſed maliuolum detractorem uocat cicero:& in ſequenti epiſtola ſimium potius quam ſemiſſem hominem appellat:infra. d. te in circo:ut maro te amice nequiui:itidem uno in lectulo o corripit:niſi legeris lectululo:in hoc carmine ponit ter ſpondeum in ſede ſecunda: tribrachium in prima:& bis dieræſin facit:ibidem. L. Auelli ſinite:non auellite ſic:ultimum uerſum huiꝰ carminis legerem:dum ueſtri ſim ego particeps amoris. praue ab aliis omnibus legit̃.

¶ In yan:bico carmine Primo. L. impetum trabis:non trabis impetum. Et. L. nouiſſime ut cum parthenio fere oēs. L. cādidi tibi:non tibi candidi:ut ſtatim repetit. L. ibi illa multa cum. L. Nūc iam illa nō uult tu quoq; ipotens noli alii oēs male hūc uerſum Enūciāt. L. deſtinatꝰ obdura: non obſtinatus. licet iuuenalis dicat. Et dn̄i Gladiſiā deſtinata. Infra. L. tm̄ abhorret ac nutat. &. L. mēbrana:non membranæ. Infra. L. hēbat & cūcta. Ibi. L. ut albulus colūbus:an idoneus:nō dioneus. l. ibi pambulabit. l. quid eſt an hæc ſiniſtra non aūt qd eſt alit. Ibidē aliqui legūt ueſca diffututa mentula:ſed legerē ueſtra:utroſq;. n. alloquit̃:uel unū tm̄:ut cum. d. Tātillū urā demere ſcœuitiæ. l. hūc galiæ timēt:timēt britanniæ:gemines igit̃ timēt. l. niſi uncta:nō cūcta:ut ſupra caput unctius referre. Infra. l. & uidere te in tuto:nō in tuo nec in tutu. Ibi. l. lidiam undā ob Carpiones auriphagos:uel. l. limpidā undam ut ſupra limpidiſſimū lacum:infra pileatos fratres itellige caſtorē & pollucē ut docet feſtus:ibidem. d. qd ſedetis inſulſi:ſic ad litterā ariſtophanes. ibidem eſt dactilus in prima ſede yambi:in quo uerſu hyrcos uocat hoſes a mulieribus ſpretos ob uitiū quod obiicit rufo ibi ſi cui iure bono ſacer alar̃ obſtitit hyrcus:ſic plautꝰ uocat ſenē hyrcoſū:ibi. l. puella nanq; quæ:nō puella nā mō. l. pro qua mihi ſunt nō ſūt mihi:infra uerſus qui & cōfundūtur & unico epigrāmate congeruntur ſic reponēdi ſunt primo male eſt cornifici tuo Catullo cum ſeptem ſequētibus ſcripſit ad cornificium:quatuor aūt uerſus quor̃ prior eſt tu p̄ter oēs ſubſequi debent. Quare monēdus es &c. Et huiꝰ epigrāmatis primus uerſus eſt:Egnatius quod cādidos nō q; cādidos ibi. l. quū orator excitat:nō excitat orator:ibi. l. aut lanuuinus acer nō lauinius:legerē. Nūc Celtiberus:nō aūt celtiber ne ſyllaba deficiat. ibi legerem lotus:uel lotii ſi ſyllaba pmittat:hoc pacto liquebit inepta carminū cōgeries: dictionūq; deprauatio: infra. l. meū qd' nō es:nō meoq;:ibi. l. ſexti receſſo:nō ſentire cepſo. l. nō mi ſed ipſi:potiꝰ quā:nō mihi. l. uetetur mens nō meret. infra ultimū carmē yābicū. l. Bononiēſis. rufa rufulū fallit:nō rufū fellat. l. quam in ſepulchretis nō ſepulcris. l. carpere e rogo cenā:non rape de:ultimum uerſū yambicum ſic emendauī contemptā haberes:ha nimis ſero corde:ab aliis male legebatur iſte uerſus.

¶ Subeſt carmē ſaphicum:in quo Catullus ſemel poſuit ſpondeū in prima ſede. ſ. tintimant aures & ter trocheum in ſecunda. ſ. & ſacas ſagittiferos:licet Silius dicat:turba ruit ſtridūt ſagittiferiq; corithi:ibi pauca nunciate:& ociū Catulle:infra codex habet nec meū reſpectet ut ante amorem.

¶ In illo carmine. O colonia &c. l. in quo uel ſaliaribus ſacra ſuſcipiantur ibi. l. cui cum ſit uiridiſſimo:nō

cui sit iocus ibidem.l.lacet separata securi:non autem ut Pollitianus gloriatur:supernata uel expernata: neutrum enim uersus admittit:quare .l. quasi nulla sit usquam:non quam si:quasi enim indifferens est: nam infra.d.cui ego quasi eadem &c.ibi.l.si potest olidum repente:non repente olidum.

¶ Cynede'thalle &c.medullam anseris pro plumula tenuiori Anserina.d.sic Plini⁹ medullam lanæ pro subtiliori lana ponit infra.l.cum diua mater alites ostendit occinentes:ut scilicet innuat anum tempestatum præsagam ex auium uocibus ut alias diximus:ibi lege Catagraphosque thynnos ex antiquo codice ibi.l.insuta turpiter.

¶ Alphene immemor &c.l.iam non dubitas fallere:fallere deerat.l.hoc quid faciant:adde etiam me. in fine uersus sequentis ne itidem uersus claudicet:in alio sequenti uersu.l.retrahis non trabis.

¶ In hymno dianæ primæ syllabæ quatuor priorum uersuum possunt esse breues:alioqui uersus iidem sunt qui in epithalamio primo:sed primus uersus mendosus est l.illum sic dianæ simul in fide:non sum⁹ in æde:ibi legebam deportauit:sed caphurnius ex Prisciano legit deposiuit.

¶ In epitalamio mallii illum uersum hymen o hymeneæ hymen mutuatus est a plauto in Cassina ibi placet emendatio parthenii de spinea theda:ut in prima editione lati⁹ dixi:licet Varro de uita patrũ in scdo & bis maro senecaq; in tragediis dicant facem nuptialem pineam fuisse:ibi legitur passim nutriunt i humore:humor tamen primam producit.l.quis deus mage amatis non magis uel magis optimus:ibi legerem te si uis tremulus:non te suis.l.agite in modum:non in nodum.l.stirpe ditier:uel nitier:non uincier: ibi herculeia.d.ut priameia:quia forte pater Hercules dicebatur.l.si uidetur:non iam .l. quot omnib⁹ cãdido pede lectulis:& forte legẽdũ ẽ atq; heræ.i.& ignobiles & nobiles sordebãt tibi.l.quã tibi fine seruiat si ne modi iperatiui:uel.l.fine q̃ sine seruiat alii legũt:sine fine:sed pes abundaret.l.omnia omnibus annuet. ideſt annuere uidebitur.l.adeat uiri.l.uos unis senibus bonæ:aliter non staret uersus nec sensus.l.luuerit: quoniam palam:non inuenit:ibi est uersus probe a parthenio restitutus.s.at marita tuum tamen: ibi legerem sed micante labello sit non hyante:nec mihi ante.nec sensus nec ordo quadraret.

¶ In epithalamio de concertatione luuenum & puellarum.l.expectata diu lux tandem:non uix.nec sua l.cernitin non cernitis:forte sic legendum est ibi.Cauent quod uisere par est:non parent.l.hesperus e nobis:potius quam a nobis:& ut mihi uidetur post hunc uersũ : aliqui desunt:nam isti tres uersus: quorum primus est:nanq; tuo aduentu:dicendi sunt a maribus:quia ex his laudandus est uesper:ille autem:hesperus e nobis:dicendus est a puellis.Infra ultimi uersus:sic se consequi debent:primus sit ille.sic uirgo dum intacta manet:dum inculta senescit:secundus cum par connubium:tertius . Et tu ne pugna:quartus. non æquum est pugnare:quintus ipse pater cum matre:sextus uirginitas non tota:septimus:tertia pars matri: licet hæc primus locis suis reposuerim:adhuc tamen sensus erat subobscurus:nisi ex quintiliano libro no no capite de figuris uerborum annotassem q; hæc dictio:dum:repetita primo loco significat quoad:secũdo loco significat usq; eo:uide inibi.

¶ In carmine Cybells.l.deuoluit sibi lactes acuto pondera silice:alibi male legitur.l. sanguine maculans. l.uaga pecora:non pectora.l.hilarate heræ non ære.l.ubi sueuit illa diuæ:non duce.l.noua mulier non nota lege thyasus non thyasis lege animo egens.non gemens lege propero pede.l. Itaq; ut domum .l.nimio e labore.l.labantes langore oculos:alii legunt labentes:& non habent langore.l.abiit in quiete molli rabidi furor animi:alii somnia scribunt.l.pepulitq; noctis.l.ibi somnus:non ubi sonus.l.pasithea sinu. lactanti us'in illo uersu thebaidos:non hoc pasithea blandarum prima sororum .d. pasitheam unam gratiarum. Ex lascari edocti fuimus pasitheam in.xiiii.homeri eam fuisse:quam somno luno despondit: si ioui oculos claudisset in bello troiano.Idem lascari monuit apud Catullũ de thallo intelligi eo uersu.Non custos si ego fingar ille cretum.l.ibi oculis:non ocellis:&.l.quibus locis sine in.l. uir sterilis:non uis:nec uix.l. loca retonent:loca deerat.

¶ In nuptiis pelei & thetidis.l.Cerula uerrentes:non uertentes.Infra.l.Illaq; atq; alia:uel illaq; haud alia ut diximus.l.teq; adeo eximiæ thædis:nõ thetidis.l.cui iuppiter ipse:non cum.l.tota frequentat.&.l. pharsalia tecta frequentant:quia pharsalia habet secundam indifferentem.l.frondatorum:non frondatoris.l. Regia fulgenti splendent.l.alludebant.l.fluitantis:non fluctuantis.l.gortynia:non cortinia.l.& decus inuptarum:decus aberat.l.castus odores:non costus:ut casto colitis quæ iura cubili.Infra potes legere quæq; regis:& quicq; regis:& golgos: & colchos antiquus codex habet iactastis quia utroq; alloquitur.l. radicitus exturbata.l.lateque & commin⁹ obuia frangit.l.sæua quod horrebas: non q; abhorrebas.l.externata malo.non extenuata.l.inuidit quæstibs aures:non auras:alius enim est sensus:parthenius legit ideos ne petam montes:unde naso.accessus terra paterna negat:legebam olim ut scis Isthmiacos ne petam pontes nunc hæreo:legerem Annuit inuicto.& legerem consitus oblito:non conscius repugnantia loqueretur.l. reddite in extremæ.l.uctis concrederet unica dictione.l.quæ tum prospectans cedentem non accedentẽ. l.nisigenis silenis:nõ sileneis: silenus enim semper secũdã producit:primam habet indifferentem.l.qui tũ alacres non quantum.l.magis magis icrebescunt:alii non geminabant magis.l.a se quisq; uago passim pede discedebant: non ad se. Macrobius qui Catullum emulatur : inquit primo saturnalium. Primum a prætextato simul:deinde a se discedentes domum quisq; suam regressi sunt.l.super impendentes:forte legendum est annosum linquens doris:ubi omnino corruptus est codex ut in prima editione sexto superiori anno impressa præfati fuimus.

¶Per extenuata ueſtigia annulum intelligas.I.complectens undique quercus: non ueſtis.I. incinxerat.I. hæ tum clariſono non hæc cum.I.nulla domus talles unquam:non unquam talles .I. quare agite optatos animi quinto caſu.I.heſterno collum pro parte corporis:ubi pulcher eſt intellectus.I.præcernens meſſor: non proſternens.

¶In prima elegia.At certe ſemper amabo:non ac.I.mens animi non hominum.I.hinc manat:non huic I.qua rex tempeſtate nouis auctus hymeneis.I.iuerint non iuuerint:&.I.fari hæc:non hic.Iuppiter ut terſti lumina ſæpe manu:ſic infra abſterſti guttis. licet utrobiq; alii aliter ſcribant.Itidem.I.ſi reditum tetuliſſet is:quo uerbo utitur Plautus Lucretius & ter Catullus.Neſtor uocabularius legit rettulit a uerbo refero:idem Neſtor legit ebore niceo pro E bereniceo:ſed de his alias plura ſcripſimus.I.cum medi.Irrupere: non prorupere.Ibi.I.Iuppiter ut telorum cū parthenio:uel chalibon:ut Pollitianus.I.chloridos ales equ⁹: non equis:&.I.iſque per ethereas primo caſu.Infra.I.uuidulum a fletu tẽdentem ad templa deum me. Ibidem legitur nunc uos optato quæ non quas:ſed.I.omnino quas.ideo ſequentem uerſum lege: non prius unanimis corpora:non uincula.I.ſed quæ ſe impuro dedit:non in puro dedat.Infra.I. fulguret oarion:ut cum Pollitiano antiquus codex.Infra.I.credita nunc ſum:non reddita.I.falſum eſt nanque illam: &.I. nec quærendum erat unde.I. Solam conſiliis hæc ſua:non ceciliis: hæc tua:ſic Plautus i mercatore:ille ſolus ſe in conſilium uocat.I.præterea addebat:non ardebat.I.cui lites intulit olim:nō qui.infra.d.facite hæc charta loquaſ anus:ut ifra & qui ſis fama loqueſ anus:ſæpe nanque papirum nominat:ut forte per patroam uirginem cartham intellexerit:ut alias latius.I.infœlice ſepulchrum:non ſepultum:eſt enim appoſitio.in hoc uerſu:obſcœna ultimam producit non tantum per pentimemerin:quam ratione conſonantium ſequentis dictionis:unde miror quoſdam me carpentes:quod in priori editione:ego ut inquiunt ſyllabaq; librator non emendarim:propũtida trucéq; ponticum ſinum:propũtidem:Cæterum emendẽt ipſi hæc hemiſtichia Catulliana p ipotẽt a freta:ultima britannia:accepta fruſtra:nepharia ſcripta:gelida ſtabula: & hunc de quo agimus:ſed de his nimis multa.Antiqui codices habent peneum prope cylæneum quod non diſplicet: quia eſt & peneus in archadia:Parthenius legit peneum propter amœnum: forte legendũ eſt pheneum prope cylleneum ex Strabone:& Naſonis uerſu. Eſt lac⁹ archadiæ pheneum dixere priores: ſi legeris:ut antiq hñt ſuſcitat &cano uulturiũ capiti dic p uulturiũ bonũ omẽ inuere ex romuli uulturib⁹ I.cõpar quæ multo.I.quáquam præcipue:ibi.d.cupidinem crocea idutũ tunica:qui alibi nudus deſcribiť I.non ullam raræ:nõ autem illam.infra.I.Si cui iure bono ſacer alaq; obſtitit hyrcus:ab aliis uel ſenſus uel metri ratio corrumpitur.I.qui potis eſt: non quis:ille uerſus.Deſine de quoquam eſt principium tetraſtichi in rufum.Infra poſſumus legere.o dii reddite mi hoc:ac etiam:o dii hoc reddite mi.I. ſi tria natorum: alludit ad ius trium natorum.I.Illia te mulſo labra notare:nõ illo.ſic ſupra:ſed identidem omnium ilia rũpens.I.qui tibi nunc cordi:qui ſcilicet piſaurenſis.Infra.I.eripere hei noli.uel etiam ei prima producta: ſic Lucretius meus e producit in ei:eodem fidei rei:ſequens carmen illud eſt:de quo Quintilianus:quod ſcripſerunt pontanus parthenius & pollitianus:hic utitur aduerbio poſtilla quo Plautus in menechmis & caſſina.Infra.I.Recta eſt:hæc ego ſic:adde ſic.Infra nulla poteſt mulier eſt prĩcipium tetraſtichi.Infra .I. haud poſſe a turpi:ibi legerem quod te non noſcem.I.culpa eſſe:non eſt.Infra.I.nec ſcire utrum ſis:non ſi orem &.I.alb⁹ an alter homo: ut ex parthenio edidici:quod ubertim declarat beroaldus uir ob multiiugam eruditionem apud doctos primi nominis:idem parthenius per aonios ſpecus in mallii nuptiis libetrum antrum intelligendum docuit.I.infra mœchatur mentula certe:ubi firmanum cognomento mentulam intelligit.Infra.I.utrum os an culum ipſe olfacerem.adde ipſe.Infra.I.ploxemi:non ploxeni.I.comiſtæ.i.ſordidæ:ſic Plautus in muſtellaria uocat capram comiſtam.i.fædam.infra ut dixi.I.abſterſti non abſterſi: aliter enim eſt ſenſus.Infra.I.pipleum ſcandere montem:ubi nil obſcœnum intelligit:ſed firmanum ſalium malum poetam: præcedens pentametrum in leſbiam eſt: ſupra lege me unum eſſe inuenies. lege cum puero bello.I.optantiq;:& contigit unquam inſperanti:ut ſtet uerſus.I.æternum hoc ſanctæ:non alternũ: I.ſaltum laudemus dum tamen:non ſaltẽ dũ mõ.I.tot bona poſſideat:non tot modo: legerem uenante requirens:& mittere muſca.

¶Quod autem noſter ille ex pryapeiarum auctoritate credat in ſaleco endecaſyllabo poſſe abuti prima ſede.Cedo interim naſonem uel ſi mauis maronem(meo quidem iuditio fuit multorum poetarum farrago)alium a ſpondeo pedem uſurpaſſe:num tandem ſibi tantum arrogabit:ut autumet pluries ſibi licere quod ſemel auſonio ſemelq; pryapeiarum autori placuit quod opus tibi obſequens percurri: & in eo hæc connotaui.

¶In pryapeias: Emendationes.

¶In primo carmine legerem.Aut quibus hanc oculis:non autem hoc.infra.I.cum teret obſeſſas:non autem tenet.Vnde Tibul.nec amplexus aſpera barba terit.Infra legerem tormento cytharaq; tenſiorem: non tomento. Sic Apuleius in'.i. apologia uocat capillum tormento aſſimilem.Infra legerem peccatur littera:nam præ.Pe.dico ſemper.Nõ aũt:nã te pædico ſemper.Infra.I.Phœbũ celare ſagittas: non portare.Infra.I.præhenſo nec fuſte nocebo:nõ pnſus.I.q̃dã ſegnior uel ſerior hectoris:nõ ſenior uel legas iunior nã iuuenis etiã repiť i genere fœminino ut ab Oui.ibi:ſiue petis Iuuenes:& i lib.Triſtiũ.Te quoq; q̃ iuuenẽ diſcedẽs urbe reliq.Apulei⁹ quoq; lib.yii.d.Viſa q̃dã honeſta Iuuene:& Pli.lib.yii.capite.xxyi.d. Cornelia iuuenis eſt:& adhuc parere põt:inibi.I.æqualis tibi:nõ illi:ibi.I.ne deſim pria pſona:ibidẽ epicureos ci-

tari.ſ.a cynicis deformioribus.Hinc Martialis in.iii.Senecę cynicū refert oſſeus cunnus.Vel legas Epicu ron oſcitari.Inde.l.hac re qđ metuas:nō met⁹.ibidē.l.ergo quilibet uel cuilibet nō quolibet.Infra.l.eē nō ſpadonē:nō át nō eē.Infra.l.bis qualib⁹ nō q̄libet: & ſecūdo loco.l.heſperidū:nō hyppomanis.ibidē.l.nau ſicaā:nō nauſicā.infra.l.mouetq;:infra.l.iuicti dextera claua nō inuicta:ibidē ſutilibus ſine.b. nō ſutilibus: infra.l.defoetus puerocq; fœminacq;.Et ītellige defoetus.i.priuatus:ut illud ſolito defoeta fauore:& hæc le ctio placere pōt ex ultimo uerſu:infra.l.ipſi cernitis exfututus ut ſim:nō futur⁹.infra.l.defecit latus:nō la tus deficit.infra tētaq; ad exēplū.nō tāta.infra.l.obſcænis pereā:nō poterā:īfra.l.falce minax & parte tui: nō exprē.Hic unius litteræ.ſ.x.p.t.īmutatio oēm intellectū defraudat:īfra.l.mei te uētris:nō te mei:īfra l.collatas ſibi q̄:nō aūt collataſcq; ſibi:infra.l.ut putriſcq; pumex:īfra.l.nūc adeo magna eſt:nō auté nihil.ibi dem turpe quidē fatu:potiuſq; factu.īfra.l.Quiſcq; corpis formas:nō corpis quiſcq;.ibidē.l.lumine é uenus peto:aliis codicib⁹ deficit eſt.ibidē.l.frōté Comatos:nō fronte crinitos.infra.l.cyrurgicq; manū:nō cyrur gicā:ibidē pua & cōſimilis:infra.l.qui nō fecerit īter irruditos:nō eruditos.īfra.l.nolite oīa quæ loquor: nō auté dico.īfra.l.heus īquit tibi dicim⁹ cynede.l.nū tādem prior eſt:ibidē.l.quā ſūt mētula quos hēt ca pilli.īfra.l.Sed morboſior oībus cynedis:nō mollior:Sic Catullus:morboſi piter gemelli utricq;.ibidē.l.īdi ciſcq; bracis:nō libratis.īfra.l.longa nocte dormiat ſolus nō nocte lōga.īfra.l.inſeréda picenis: non aūt ſer uāda.ibi.l.p̄pingue rami nō præpinguem.inibi legeré nucēcq; lōgā quæ uocaſ aulana:ī ſequēti legeré pur pure nō purpureo : & in ſequēti braſicæ:nō braſicaꝝ:ibidē.l.nec ut ſalaces:nō aūt nec ue.ibidē q̄uis hem⁹ in ſepto:nō habeam⁹.ibidē & nos īdipſū:nō auté hoc ipſum.infra legeré alternis &'eūdo & exeūdo:nō át ſed eundo & redeūdo . ibidē & qui te male:nō aút quicq; te male ibidē.l.q ſapit:&.l.cū tantū ſciet eſſe:nō át ſcias.īfra.l.cū capiāt alti:nō aūt altos infra.l.e.d.ſi iūgas:non aūt ſcribas:ibidem.l.qui mediū te uult ſcinde re:non aūt.d.infra.l.facta ſæculoꝝ:non auté ſaculoꝝ.ibidē.l.ſi nūmos tamen:non aūt minimos:in ſequé tī legeré:ſi fur ueneris īpudicus ibis:non aūt eris.infra gémas modo:aduerbiū tēporis:nō auté meo : ibi dem qđ de ſe quereris:nō auté quæritis.ibidem.Sed q; carmína:non auté quia īfra.l.Syrius Erigone:non ſymius.infra:q; hic pedē fixi:non aūt fixi ſedē.Sequenté uerſum.l.agente terræ non terrā:ideo.l. ſuſtinen tis non ſuſtinēs.ibi paꝝ q; uni perfluunt ſinus ībres:non át parūcq; ſinus ſupfluūt imbres.ibidē paꝝ q; acta ſub laborib⁹ luce:non aūt parūcq; actā.ibidem intercq; cūctos ultimū:non auté uultus.l.tecta pyramis ner uo īfra.l.ne tamē extinctū facias:non auté extraneū.infra uerſus ille:cui⁹ initiū eſt:Ruſticus indocte perſi citur ſolū ibi:illo ſed nondū tempore factus erā.Sed lepidior eſt ſeries:in quo epigrāmate.l.conſtituicq; me ras:non meracas:ibidē.l.pſoleonta ceraunon:non aút uocam⁹.i.fulmē ardēs ibidē.l.ſmerdaliū.i.terribile ibidem.l.peletroniā.infra.l.quod moneas non eſt:non auté moueat.infra:l.dodona eſt tibi:in ſequēti uer ſu.l.& micena dites.non micenæ.Nā ſamos Apuelii laudib⁹ eſt opulētiſſima & menādri puerbio de lacte galinaceo.Gaudeo ſupra quā litteris explicare poſſim:qđ uerſū ſequenté aliter primus ego repoſuerim: quā paſſim legatur.Legitur enī unde Tenedos:ſed Tenedos non Neptuno:Sed Apollini ſacra eſt.deterius eſt:q; Tenedos primam corripit.Aliqui legunt undarum tænos. Sed quum tænos primā ꝓducat: legeré undæ tænaros:ibidem corrupt⁹ é uerſus.ſ.Raptā cocitos:forte legēdū é raptā cizicos:nā cizicena oſtrea. cæteris maiora.d.xxxii.Plinius:eſtq; ꝓpe cizicō ad īferos adit⁹:ſed qđ ibi celebreť ꝓſerpina:nō legi: infra l.immané ſtomachū mihi:non mihi ſtomachū.l.amice connilinge uicinæ:non cunnilingi amicos.l.puel la fortis:nō foris.l.celer paſſu.nō celeri.l.ſed quā ſi tractes.infra.l.hūc tu ſed tento:ibi.l.hæc tibi pſpecto:in ultimo carmine.l.tepēte:non repente.Lerat uenus:nō uenus erat.l.o ſæue pennis.l.licebit egro lāguētior q;q; ſyllabaꝝ.l.paraſ.l.compleas.l.licebit'hoc iult⁹:non multus.l.quid eſt iners.

¶Habes Auguſtine amantiſſime quid his genialib⁹ diebus rure morās meditati ſimus:quæ tā & ſi nō p̄ cipiti calamo reponenda fuerāt:a me præſertim qui ſub'parthenio uix p̄trienniū in hæc ſtudia incubue rim ac eadem p quinquenniū fere ſequeſtrauerim.Malui tamē a te caſtigari:quā ignauiæ accuſari.Tu igi tur noſtras has meditatiūculas perlegas recognoſcas acpro arbitrio caſtiges. Vale pridiæ idus octo bris.Mccccl xxxxiii.

¶Nobiliſſimo adoleſcenti Marco clariſſimi Georgi Cornelii.F.Domino colendo Hieronymus Auan tius Veronenſis artium doctor obſeruantiam.

Alue ingenuoꝝ humaniſſime.Quū his quaſi Halcyonidū dieb⁹ paternis obſequēs optatis Venetas nūdinas reuiſeris.doles ut audio q; ex gymnaſio nr̄o dialectices librū nullū tecum attuleris:ſed quid per deum tā pertinaci reꝝ arduaꝝ ſtudio tā aſſidua elucubratiōe uiuax ingenium & beatā memoriā fatigare contēdis?aliquid certe genialibus horis permitten dum.ſatis quidē pro ætatula hactenus profeciſti:quin ſi animum etiā relaxaueris : ꝓculdu bio tamē Corneliæ familiæ maiores tuos:qui omni uirtutum genere floruerunt: ex omni parte imitaberis:pulchrum itaq; eſt:q; antiquiſſimos Venetæ nobilitatis ritus æmuleris.q; in omnib⁹ pa tré referas Marce ornatiſſime ueriſſima tāti uiri ꝓles.Cui⁹ uirtutes in te adoleſcēte iam expreſſæ ſūt : nec minus pro ætate quā in parēte admirādæ.Cui ſimul & Corneliis oībus peculiare ſemp fuit:pro pria ma gna aggredi: res oēs exponere : morté nō formidare:uel dies nocteſq; in litterarum ſtudiis cū ſūma laude uerſari.Hinc nimirum fœlix creditur:q; cū Cornelia ꝓgenie ac tuo in primis patre clariſſimo amicitia & affinitate aſtrigiť.Hic ſereniſſim⁹ Cypri rex nil æq̄ curauit quā ut ei⁹ ſororé cōiugé adipiſceretˇ.Tot.n. ac tā eminētib⁹ dotib⁹ pollet uniuerſa Cornelia dom⁹:ut in qōne relictū ſit: q; quibus præſtent & anteferanť.

Præterea nulla domus litteras litteratosq; uiros maiore beniguitate fouet & amplectit. Hinc apud iclytã Reginã tanq; unic⁹ phœnix ille ueronẽsis Nursius Timide⁹ patrii Carmis princeps. sũma prudẽtia mira doctrina spectatissimus. Tuorũ ãt studiorũ una cũ Iacobo fratre cunctis corporis atq; animi bonis. q; in adolescentulum cadunt. ornatissimo comite habetis ac præceptorem Bartolomeum Merulam. Quem dubito Aristarchum ne an poti⁹ polyhystorem appellẽ: nã quum grãmatices normã & rethorices uires pauci æque teneant: idẽ tamẽ acutissimus poeta & Censor passim perhibetur: omitto tria candida in Nasonem Cõmentaria & singulares in Plinium annotationes. Ab hoc utriq; pbis moribꝰ primũ mox amœnioribus artibus instructi uobis ad dialecticas disciplinas facilimũ aditum præparastis: Quare mi Marce ut ad easdem capessendas alacrius redeas: paulisper quæso, grauiores lectiones remittas. his saltem diã lectionum mæandris renũcians iucundissima Musarum otia repete: & si uacat' suscipe nostras Papinii Syluas seu uerius gæmãtia uireta cum Domitii Cõmẽta riis in quib⁹ multas meas emẽdatiões agnosces Quarum tamen pleraq; non domitius meus nesciuit: sed impressores nõnulla peruerterunt. Tu ut aliud agas meas nugas leges. n. me optatis tuis obsequẽtissimũ in perpetuũ deuoui. Vtinã bñ Valeas. In prĩa igit' Sylua lege. effigies. An te palladiæ: nõ altius armis: Hũc & Adrasteus: uix sola sufficiũt: Sed genio: ipsa labores: Machina cõtinuus: Romuleæ tu: qui cõtra tẽpla: quẽ traderis orius: Explores: optasset aliqui legũt ora taras. Priscian⁹ legit lœtus: non: laeti⁹ huic: in secũda Sylua lege Crinẽ uultũ: spgere nymbo: rosas: uiolis: ille solutus: quæ causa: Ast illã sũma: minor ille calor: Firmauiq; haud externa reuoluit: proh: rarũq; uiris: Clymenæa: Priscianus legit falsus huic: sæpe neget: ipsam iã: Gẽmato temone: fideiue modus: nouit: Non renuere: deorum raptor erat: Quis septe: Cæpisset martẽ: Quis tibi tũc alacris: Hinc lycii mõtes: Tunc Caras iniere: Hic tyrsos: oĩa iam: & pars: choro plaudẽte: at tu pulcherrima: In tertia sylua lege discedere natos: Fluuiũ ue: lactet & te q̃ uada: tiberin⁹ in umbra: abiũgere phœbẽ: Lucrinæq; domus: In quarta sylua lege. cõfugiũt leges: man⁹ humilis: pectora sic mixto: pgressusq; moras: haud dextro sine numine cretã: illa quoq; clar⁹: Permeruit: Hũc galatea uigens: ueledæ: & quæ gramine carpsit: nectite nam neo non frequẽtatiuũ faceret netite sed netate: beate pascas: supba nescit: adiuuat ipe de⁹: Digna litẽ In balneo hetrusci lege. Tu quoq; muta feræ uolucet tegeæe sonore: alios poscunt: atq; enumerare: cunctantẽq; intẽde: uaga molib⁹. Quasq; tyrus: longo distinctu: uel lõge distinctum: Lumina: neronea: In saturnalib⁹ lege. Ebriãq; partẽ: lã uelaria linea: pgnantes: insimul togatas: libertas: Quisquis is est: q̃ manus: diues sparsio: Emi. i. ad emendum: gaudẽt dum: In epistola secundi libri lege rarissima uxoꝝ: Cõsecremus: In glauciã lege iãq; pces: Solẽnia põpæ: ego iuxta busta: Ne q̃rerere: Acetes: iã fecerat illi: flecset missurus: Dona loquar: rogus aggere: Desertas exoius: Arctæ desunt: platus ab æquore: trux nauita: Elysii: lucti caput. Ast hic quem gemim⁹: Ad polliũ lege pendẽtibus exit: Et in æquora: ora priorꝝ. pectore sentis: ar miger hac: defecta metallis: saxa quot: quot: nec sæpius istis: Hic ubi pierias exercet pollius artes: Celsusq; duas: Tuq; nut⁹ inter lõge pulcherrima cui⁹: decuit cõcordia: De arbore lege melioris opacet: q̃ robore: ibi demũ uicta: ut louis ut: aiata calores: dulcia limes: psta: De psytaco lege hesternas: affatus etiã: Cõuitia tecti: nec Fessus: De leone lege. It milies i hostẽ: Ceu not⁹: ad ursum lege gemis urse piũ: sed amore fideq;: bella peréptum: habitusq; notaui: manifesti: teneroq; aius: Ad pollã, legit adolescẽs igeniosissimus Ioanes Cotta ciuis noster Hyãtiæ sorores: si qua patet aut: uel patulã: Hæc prio: casib⁹ patetis: thetis horruit hæc te nõ: genisq; manẽt: In epistola ad polliũ lege in facũdiæ tuæ penetrale: Metiũ celerẽ. De hercule lege fortuna rigẽtes: Gymnas & isontes: Sed q̃ nã subitis: regib⁹ aptũ: subitis lux Cãdida cessit nubib⁹: noĩa tẽpli: tu ne inquit: limine cæras: te gauderet erat: littoris ore: lymphas: numina luno: nolint trãsire: & conamina: incipe & herculeis: ueloci⁹ arces: cũscripta: negantia ferro: Decrescũt: iũctæ tecta: disco findere: habitabitur: argos: In fine addidi tres uersus: quos & Domiti⁹ exponit. In ppẽptico Metii lege Cõfidite cornua uobis põtusq; polusq;: solus agat. Increpat ecce: Et nequeo quãuis mouet ominis horror: sæu⁹ ubi e puppi: paulatim minor: nũciet. maiora datur⁹: At nos hoc: lege sic hos duos uersus. Colloquia iq; uicẽ medios narrabim⁹ annos. Tu rapidũ Euphratẽ: & regia bactra. sacrasq;: De etrusco lege. Huc uittata comã. Expulsa nocẽtũ: rigidũ timet. Aeternasq; ultro sacrabim⁹ umbris Inferias Hetrusce senis: ferat ignis opes: gemui pect⁹. uni parẽt: & mẽtẽ uincre: sed dec⁹: haud quãquã: Lucina: manuq;: pubẽtesq; rosæ: nec modus aut pœnis: illũ & q̃ nutu: Cui tua: exul erat: pẽsũ deficit: sæuiq; marita: theseus littore: numĩa magni: potuit stygia lucida saxa. De Comis Earini lege. intõso: frõte ministrũ Iuppiter ausonius: myrrhasq; graues tacita Iuuenis: uulnere corpus: nũc solus crinis ad oras: pectebat grã: aut intrat sensus. & semel isertas: uidisti albana ferentẽ dona: pacto: uesuin⁹ apex: q; pacti: aut strictæ iurgia legis: ꝓueniesq; ẽt sine me. In epistola lege opusculũ meũ cæpisse: Itaq; cõsilio eius: De consulatu lege: geminaque hæc: mẽse meo: altior aris: Dinumera fastos: renouabit': oĩs honorẽ: De epulo: Aequore qui multo: te spes hoium te Cura: sed quãtæ superos: Actherio & tantũ: Iliacusque nitent: carmina musas: lictore: Lux mihi troianæ: In uia Domiciana supra illũ uersum: Nec Dux aduena peieráte bello alii Hánibalẽ itelligũt: Hic scenis populi: Et Cãpis iter omne: rodebatq;: Mox haustas: his paru⁹ nisi deuiæ uetarẽt: seruituscq; tãti ẽ: mobilesq;: te iubẽte: sordere finis: soli pudorẽ: bagrada: puro: leuarat: belligeri. ubi remigũ: uentilatis auraꝝ quito casu: uel ut Domiti⁹ uenite: cũ sic: ut mereris audi: morãtis æui: cõputat: Ad Marcellũ lege pmit agger: Nauale: pcul a: cleonæi: & sontes operit: messesque reuersæ: cliẽtes: somnũ & geniale: tumulis accãto: Et spatia obliquæ: Magna geres dignos quin & iã belliger act⁹: egerit iras: pcul ista tuo sint fata: iuuẽcæ: uotifera: insula: tentat' Achilles

Ad ſeuerum lege facundum:ſaluto:qua modo ferbuerat:balant lanigeri:peramauit:neſcius aphricæ in-
tras:contentus alto : ſunt urbe. Deceant alumni:nunc in. Ad uindicem lege iam moriente die:habitura
perennem.Inſcriptis:marmora cœlo. Monſtrauit:nanque:lumina uiſu: firmoſque incluſa per artus:ſtet
menſura pedem.Hæc exitiale:ac ſpatio:geſtamina:prǽhenſabatque: naſamoniaco : ac templa ſagunthi.
Couuiuia ſyllæ ornabat.Noſſe deis:nec te regius:ueſtinus auis.Diuum Alcide:quem te pecoris. Ad ma-
ximum.l.Differ: liticen ue notus Actoris armis : optimo:moderatus alæ:ſub uno uel etiam ſub imo. Et ti
maui Reddis alumnum.Ad Iulium nobile uulgus:uagiret: promere fumo:defenſatque:lampada myſtæ:
his placidus:ſi modo prona: numina romulei:puliare.Ad plocium.l.tonabas. Adde infra hunc uerſum
Prunorum globus atque coctanorum:Alicæ.Curuarum domus:uel paſſum pſythiis ſuis:olentes.Nil mu
tas:ſed idem mihi: in epiſtola.l.quam priſcillæ:te præcipue marito. De priſcilla.l.nos tibi.Dare iuſta: etiá
num hæc.Mater Achilleis:notat iſta deus:miſcetque nemus.Ex te maior:indorumq; dares: ſed meliore
uia.Ille ſubactis:tractabile põdus:pectore prona:hortaturque : ad herile monet:afflantur uineta notho.
uel etiam iumenta ſcilicet prægnantia:nequicquam flumina:quantæ poterant: tunc ſic unanimum: da
ca pitolinis:amplectitur artus:examine longo:illo maſa tholo:haud indignata:inque alio poſuit:pacanté
terras.Ad criſpinum lege ſaltuſque tagetis:longo querar:iam te puer:propinquant triſtia:trabeque ac re
Claſſica bella fugæ. Bellū ſiculum ſignat: q d' geſtū ē ab auguſto in ſicilia cōtra Sextum pōpe. Pōpeii magni filiū. In quo Marcus aggripa egregiā operā nauauit: q pugna nauali Sextum ſupauit cū claſſis auguſti p ligata fuiſſet. uñ a Virgilio dcm eſt. Parte alia uentis & diis aggripa ſecūdis. Sextus amiſſa claſſe. ccc. & quinq; ginta nauiū cū ſex nauib⁹ fugā capeſſit: annulos ī mare ꝓiicit: lumē ptoriæ nauis extinguit. ueſtē impatoriam deponit. & cū ī Aſiā pueniſſet: Mileti a titio trucidat. Claſſica bella. accipe p nauali bello a claſſe deriuatū nomen. Alias claſſicū tubā dicim⁹: & ſonū tubæ. Vir. Claſſica iāq; ſonāt: & apud Liuiū. Cōcionē claſſico aduocari iuſſit. Scri. Vegeti⁹ in ſcdo de re militari. Claſſicū dici q d' bucinatores p cornu dent: q d' inſigne uidet im periī: qa claſſicū canit īperatore pſite: uel cū in militē capitaliter aīaduertit. Siculæ fugæ: pp Sextum Pōpeiuꝫ q ex ſicilia uictus auſugit. Euerſoſq; focos. peruſinum bellū intelligit: de quo ſupradictū ē. Et ptolomeæ phari. In ægypto pharos īſula fuit colonia dictatoris cæſaris iūcta pōte Alexādriæ ut ſcri. Pli. In inſula turris ē magna altitudine mirificis opib⁹ extructa: q nomē ab īſula accepit ut docet cæſar ī cōmenta. Hæc inſula obiecta alexādriæ portū efficit. Hāc pharō cæſar apphendit in bello alexādrino. Luca. Pharos inſula quōdā ī medio ſtetit illa mari. ſcri. Solin⁹ ab hac pharo pharos uocari machinas in portub⁹ ad plucēdi miniſteriuꝫ fabricatas: qñ ex hac pharo alexandrina dirigebant nocturnæ nauigatiōes facib⁹ accenſis. Soſtrat⁹ gnidius primus ob ſalutē nauigātium turrim pharon fabricauit: & pmittēte Ptolomeo ſuum ipſi⁹ nomē inſcripſit. Inde a Iuuenale dcm eſt. Tyrrhenāq; pharon. & a Papinio. Lumina noctiuagæ tollit phar⁹ emula lunæ. Quo uerſu Papi. turrī pharō: q erat capreis ſignificauit: ut enarrauim⁹ in ſiluis. Ptolomeā appellat poeta epithetoacōmodato: qñ Ptolomei reges diu in ægypto regnarūt: quoꝝ primus fuit ptolomeus Lagi filius: a quo etiam lagidæ noīant. Eccleſiaſtici ſcriptores pharaones appellāt ægypti reges: q d' cognomen eſt dignitatis: ut ſcribit Euſebius & ut eleganter tradit Ioſephus in octauo antiquitatū. pharonis nomen ſcdm ægyptios ſignificat regem. & reges cū primū pueniebāt ad īperium hoc nomen accipiebāt. Nam & alexādriæ reges cū primit⁹ aliis noīb⁹ uocarent: uenientes ad regnū uocati ſunt ptolomei. Sicut romanoꝝ impatores cæſares appellātur. Ptolomeeæ. Quinq; ſyllabon ē a ptolomeo deductū nomen errore manifeſtario illoꝝ: q ptolomei legāt cū & rō metrica: & elegantia poetica repugnēt. Intelligit hoc ī loco poeta bellū q d' geſſit nō Iulius cæſar ſed Auguſtus poſt pliū actiacū. Tūc. n. trāſiuit in ægyptū & obſedit Alexandriā: quo antonius & cleopatra cōfugerant qua intra breue tp̄s potitus eſt. Antoni⁹ ſibi mortem conſciuit: cleopatra ueneno diluto ſiue aſpide periit. Hiſtoria notiſſima. Nilum cum tract⁹ in urbē. Augu. triūphos tris egit: Dalmaticū. Actiacum: Alexandrinū. In alexandrino ſimulachrum Nili ductum eſt more romano: qui ſimulachra oppidorum & fluuiorum in triumpho ducebant. Vnde ſcribit Florus q ꝫ in ferculis triumphi Cæſaris dictatoris fuit Nilus & autor ē Plini⁹ Cornelium Balbum ſimulachra oppidorum deuictis garamantibus in triumphali pompa oſtentaſſe. Refert Liuius ſcipionem aſiaticum in triumpho duxiſſe ſimulachra oppidorum centum triginta. & Cicero ait in libris officiorum Maſſiliam ſe uidiſſe in triumpho duci ſine qua imperatores romani non triumphauerant. de fluminibus ita tradit Ouidius. Hic eſt euphrates præcinctus arundine frontem. & Iulius cæſar olim imagines ſcipionis petrei: & Catonis inter pompæ triumphalis fercula repræſentauit non ſine populi romani dolore ut refert Apian⁹. Septem aquis quia nilus ſeptē habet oſtia. unde ait Virgilius. & ſeptēgemini turbant trepida oſtia nili. Similiter Catullus Nilum ſeptēgeminū nominauit. Nomina oſtiorum hæc ſunt. Canopicum: bolbiticum: ſebeniticum: phaniticū: mendeſicum: tanicum: ultimūq; peluſiacum. Actiaq; in ſacra. Omnib⁹ notum ē quēadmodum auguſtus plio nauali apud Actium pmōtorium epiri Marcū antonium:

& cleopatrā uicit: fugauitq; & ut actiacæ uictoriæ memoria celebratior in posterū esset urbē nicopolin apud actiū condidit: ludosq; illic qnquēnales cōstituit: quos actio apollini dicauit. & actia appellauit: ad qd allu-dēs. Virg. dixit in. iii. Actiaq; iliacis celebrā⁹ littora ludis. Historiā scribūt Plutarchus in antonio: Strabo ī septimo. Trāquil. in Augusto. Vir. in octauo luculentissimis uersib⁹ Actiacā pugnā enarrauit. In triumpho igit actiaco rostra nauium expugnatarum traducta fuerunt p uiam sacrā q̄ triumphātes ibant in capitoliū ut docet Porphyrio. unde ait Hora. Cæsarē quandoq; trahet feroces per sacrum Cliuum merita decorus fronde sicābros. Et sumpta & posita pace. laus mœcenatis: qui tpe pacis & belli fidissimus foret Augusto: q̄uis aliquando Augustus desiderauerit mœcenatis taciturnitatē: qui secretū de cōperta coniuratiōe uxori terētiæ ꝓdiderat.

Te mea musa illis semp contexeret armis
Et sumpta & posita pace fidele caput:

Theseus infernis. Amicitiā & fidē mœcenatis erga cæsarē cōparat amicitiæ thesei erga pirithoum: achillis erga patroclū. Quattuor amicitiaꝝ exēpla fuisse apud antiquos autor est Lactātius: uidelicet thesei & pirithoi: achillis & patrocli: orestis & pyladis: tydei & polynicis. Thesē⁹ cū pirithoo amicitiā iureiurādo confirmauit ut refert Plutarchus in theseo. Cū eo ꝓfectus est ad inferos ad ꝓserpinā rapiēdā: ut poetæ fabulant: ubi ambo capti fuerūtuñ ait Ouidi. Pirithoū theseus stygias comitauit ad undas. Hora. Nec lethea ualet theseus abrūpe caro Vincula piri thoo. Quātope aūt achilles dilexerit patroclū testis ē Homerus: q describit q̄relas: luctus & merores achillis in funere patrocli. unde ait achilles apud Home. conq̄rens de illius morte: Nunq̄ pari: dū uiuā: dolore afficiar. Multi sequuti eschylū existimarunt patroclum amatū fuisse ab achille tanq̄ minorē natu a maiore: quoꝝ opinionē refellit Plato in symposio ostēdēs achillē multo natu minorē fuisse: q̄ ꝓclū: & achillē appellat amatū: ꝓclum uero amatorem. Mar. tamen illo uersu secus sentit atq; Plato præcipiat. Eacidæ propior læuis amicus erat. Ixionidez .i. pirithoū Ixiōis filiū ut docet Diod. & Oui. Duxerat hippodamen audaci Ixione nat⁹. Meneciadē. i. ꝓclū q filius fuit Menecei: cui pollicit⁹ est achilles se filiū pri sospitem reductuꝝ ex expeditione troiana: Sed qd promisit ꝓstare non potuit cuꝫ patroclus ab Hectore fuisset interemptus. Ouidi. Siue menaciadem falsis cecidisse sub armis.

Mult⁹ (dræ
Sed neq; phlegreos iouis encheladiq; tu-
Intonet angusto pectore callimachus:

Sed neq; phlegreos. Quēadmodum callimachus: cui in elegia primas tribuunt græci non esset idoneus ad bella gigantea carmine heroico describenda ita genium suum ait poeta nō cōuenire uersibus durioribus & bella concinentibus Phlegreos tumultus. Diximus supra bellum giganteum ab hercule gestum fuisse ī phlegreis cāpis italicis: sed de hoc nō loquit nūc poeta. sed de bello: qd gesserunt dii & gigātes in phlegra macedonica: de qua sic scribit Solinus. Admonet ꝓlegra ubi anteq̄ oppidū fieret rumor ē in militia mūdi dimicatū cū gigātib⁹. Idē asserit aquaꝝ nimbis torrētes excitari & ossa detegi lōge grādiora his q̄ nūc sūt ex corporib⁹ humanis: q̄ argumētū ꝓbēt belli gigātei. Enceladi. nomē est gigātis de quo Hora. enceladus iaculator audax. In phrygios auos. Quoniā gens iulia oriūda est a priscis illis troianis: quos mēorat Oui. in fa. Dardano electra qs nescit athlātide natū. Nauita de uētis. luxta illud ꝓuerbiū. Quā qsq; norit artē i hac se exerceat. Versam⁹ plia. s. nocturna ut illud Mar. O q̄ plia quas utrinq; pugnas fœlix lectulus & lucerna uidit. Qua pote ꝓ potis ē. Nā ut tradit Priscian⁹ in. xv. ab eo qd est potis nascit hic & hæc potis & hoc pote. unde Persi. Qui pote uis dicā nugaris cū tibi calue. i. qūo possibile ē. hinc fit ꝓparatiuū potior: & suplatiuū potissim⁹ & aduerbiū potissimū. Leues. Quæ nō cōtētæ uno amatore plures cōcupiscunt: & leuitate q̄dā amatoria cito desistūt: cito appetūt. Ex helena. i. ꝓp helenā cuius pfidiā uitupe rat utpote q̄ relicto Menelao secuta sit adulterinū alexādrū.

Laus in amore mori: laus altera si dat uno
Posse frui: fruar o solus amore meo:

Pocula phe. phyltra intelligit & amatoria: quibus phedra priuignū hippolitū in amorē suū pellicere conabat. sed frustra: cū ille eēt castissimus & osor maximus mulierꝫ: ut ipse ait apud Sene. in tragœdia hippolito. Sēsus ē si q̄ me ueneficiis ꝓditura ē: cynthia me pdet.

Si memini solet illa leues culpare puellas
Et totā ex helena nō ꝓbat iliada (dræ
Seu mihi sint tāgēda nouercæ pocula phe
Pocula priuigno non nocitura suo

Circæo gramine. circen polipharmacā appellat Home. qd si uerbum exprimere uelis ex uerbo: latinæ dices triuenefica: q̄ dictiōe usus est Plautus. Hæc multaꝝ herbaꝝ uires prima inuenit. Socios ulyssis uertit in feras. Circeios in italia habitauit notissima monumentis poetaꝝ. unde ait Hora. Sirenū uoces & circes pocula nosti. Multus est homerus in admiratiōe circes. Plinii uerba hæc sunt ex uigesimo qnto. Certe qd nō replere fabulis colchis Medea aliæq; ꝓmisq; italica circe diis ēt ascripta. unde arbitror natū ut eschylus e uetustissimis in poetica fertā italiā herbaꝝ potētia ꝓderet multiq; circeios agros: ubi habitauit illa.

Seu mihi circæo pereūdū ē gramine: siue
Colchis colchiacis urat ahena focis:

Colchis. idest medea colchica quā artis magicæ & ueneficioꝝ pitissimā fuisse etiā pueri sciunt. Hæc pellicem cremauit flammis coronalibus ut ait Apulius: quod declarat Plinius scribens in secundo. Naphtam genus esse liquidi bituminis: cui magna cognatio est cū igne: transiliente in eam protinus undecunq; uisam. Misit itaq; medea coronam illitā hac naphta nouæ nuptæ: quæ cū sacrificatura ad aras accessisset: & flamma repēte trāsiliisset in

coronã cum tota regia cõflagrauit. Paulo ſecus narrat Diodorus in qnto & Hora. in epodo. Vrat ahena focis ſcribit Sophocles medeã falcib⁹ æneis herbas maleficas ſecuiſſe: & illaꝝ ſuccũ in cados æneos refudiſſe. & ut docet Macrobius ad rẽ diuinã pleraq; ænea adhiberi ſũt ſolita: & in his maxime ſacris q̃bus delinire aliquos aut deuouere: aut deniq; morbos exígere uolebãt. Merito igit̃ dicit Prop. ahena uaſa uti ĩ ſacris magicis utpote accõmodatiora ferreis. Idẽ ſcribit Oui. in. vii. loquens de ueneficiis Medeæ. Mẽbra ſimul pecudis ualidoſq; uenefica ſuccos Mergit in ære cauo. Tarda philoctetæ: docet exẽplís oẽs morbos ẽt maxios ſanari poſſe medicamẽtis p̃ter amorem. Iuxta illud Ouidii. Hei mihi q; nullis amor eſt medicabilis herbis. philoctetes pæantis filius herculis comes: ſagittæ herculeæ caſu ſemet in pede uulnerauit quo tumulũ herculis ĩdicauerat cui⁹ uulneris tãt⁹ fuit putor: ut ĩpatibilis fieret. Itaq; ſuadẽte ulyſſe ſubtraxit ſe bello: & diſcedẽs ex exercitu græcoꝝ in ĩſulã lẽnon p̃fect⁹ eſt. Tẽtauitq; feros reqe lenire dolores. Hũc ſanauit machaon fili⁹ eſculapii: q̃ cũ fratre podalyrio bello troiano ſecut⁹ agamẽnonẽ: non medio crẽ opẽ cõmilitonib⁹ ſuis attulit: ut docet celſus. Home. uero ſcribit hos neq; in peſtilẽtia neq; in uariis g̃ũibus morboꝝ aliqd attuliſſe auxilii. Sed uulnerib⁹ tantũmõ ferro & medicamẽtis mederi ſolitos eſſe. De philocteta ſcribũt Seruius & Oui. De quo ita Cice. in ſecũda tuſcu lana. Aſpice philoctetã. cui credẽdũ ẽ gemẽti. Nihil hũc uiꝝ ſagittæ: quas ab hercule accepat: tũc cõſolabant̃: cũ e uiperino morſu uenæ uiſcerũ ueneno ibutæ tetros cruciatus cierẽt. Phœnicis chiron. phœnix amyntoris fili⁹ p̃cibus mr̃nis impulſus cũ cõcubina paterna concubuit q̃d ubi pr̃ reſciuit filiũ execrat⁹ eſt: inuocatíſq; furiis im p̃cat⁹ orbitatẽ filioꝝ p̃næ impræcatiões ratæ fuerũt: ut tradit Home. in. ix. iliados. phœnix furtim ſolus profugit ex patria deuẽitq; ad peleũ: q̃ eũ nutriciũ dedit achilli filio: ut illum efficeret oratorẽ uerboꝝ actorẽq; reꝝ: q̃d & Cicero & Fabius retulerunt. Hunc luminib⁹ orbatum ſanauit chiron. q; priuat⁹ fuerit oculis meminit Oui. Fleuit amyntorides p inania lumina ſecũ. Chirõ d̃ phyllirides a poetis. qm̃ phylliræ & ſaturni filius fuit q primus inuenit herbariã medicinã: a quo inuentore centaurion: & chironion herbæ nomẽ acceperũt ut docet Plinius in. vii. &. xxv. Et deus extĩctuꝫ. Androge⁹ Minois filius athletico certamine clarus inſidiis egei athenienſium regis occidit̃. Minos filii morte pturbat⁹ athenienſibus bellũ indixit addita execratione: qua athenienſibus peſtilentiã famẽq; imp̃cabat̃. Autores Plutarchus & Diodorus. Androgeũ: ſiue androgeona neq; poetæ neq; hiſtorici latini tradiderũt ad uitã reſtitutũ fuiſſe ab Eſculapio ſicut inſinuat hoc loco Properti⁹. Apud unũ Higinũ legi glaucũ minois filiũ eſculapii opa reuíxiſſe: q uſus herba ab angue allata glaucũ ad uitã reuocauit: ex qua conſuetudine inſtitutũ eſt ut medici anguib⁹ uterent̃. Intellige ergo androgeona binominẽ fuiſſe & altero noĩe glaucũ noĩatum uel ut ſæpe fieri aĩaduertes uariis noĩbus nũcupari a uariis ſcriptorib⁹. q̃d nõ ſolũ in rebus fabuloſis accidere ſolet: ſed ẽt ĩ hiſtoria: q̃d uel unius Gelli teſtimonio eſt manifeſtũ: q ſcribit egregiũ facinus a qnto ceditio factitatũ eẽ quem Claudi⁹ q̃drigarius laberiũ appellat: q a Plinio: & Liuio Calphurni⁹ flãma nũcupat̃. epidaurius d̃ Eſculapius ab epidauro oppido achaiæ q̃d eſculapii delubro celebre eſt ut refert Pli. unde ait ſerenus. Qui colis egeas: q pgama quiq; epidauꝝ. & a Papinio dictũ ẽ. Hinc mecũ epidauria ꝓles. Creſcis herbis. Ideo d̃: qa creteníſis erat androgeus. Myſus & hemonia. Notũ ẽ quẽadmodũ telephus ab achille uulnerat⁹: ab achille ſanatus fuit eodẽ telo repcuſſus. Serenus. Vt lariſſea curat̃ telephus haſta. & Oui. Vulneris auxiliũ pelias haſta tulit. Scribit Pli. achilleon herbã ab achille iuẽtã fuiſſe: q̃ uulneribus medebat̃: hac ſanaſſe thelephũ d̃. Alii primũ eruginẽ iueniſſe utiliſſimã emplaſtris. iõq; depĩgit̃ ex cuſpide decutiẽs eã gladio ĩ uuln⁹ thelephi: alii utro q; uſũ medicamẽto uolũt. Idẽ in. xxxiiii. ita ſcripſit. Eſt & rubigo ferri in remediis & ſic p̃dit̃ telephũ ſanaſſe achilles: ſiue id ærea ſiue ferrea cuſpide fecit. Myſum noĩat telephũ: qm̃ in myſia regiõe aſiatica regnauit inſtitutus ſucceſſor regni a teuthrãte. Autor Diodorus. Tantaleæ manu. Datiuus caſus ẽ: quo ueteres in noĩb⁹ quarti ordinis frequenter utunt̃ ut Gellius meminit. Vnde ait Virgi. Teq; aſpectu ne ſubtrahe noſtro. & alibi. q; nec cõcubitu indulgẽt: & a Lucilio dcm̃ eſt. Anu noceo p anui. Hoc idẽ docet Priſcian⁹ in ſeptimo. Tãtali fabula notior eſt: q̃ ut enarrationis indigeat. Omittendũ nõ eſt q̃d tradit Plato in cratylo. Tantalum dictum eſſe quaſi talantaton hoc eſt infœliciſſimũ. Tale utiq; nomẽ fortunæ ei⁹ aduerſæ optime cõgruit. Dolia uirgineis. Bellidas intelligit quæ apud inferos dolio pforato hauriũt aquas: q̃d nunq̃ expleri poteſt. Id Lucretius ad nos referendum eſſe docet: qui uitæ fructibus nunq̃ explemur. Verſus lucretii hi ſunt ex libro tertio.

Vna meos quoniã p̃data ẽ fœmina ſenſus
Ex hac ducentur funera noſtra domo.
Omnes humanos ſanat medicia dolores
Solus amor morbi non amat artificem:
Tarda philoctetæ ſanauit crura machaon
Phœnicis chiron lumina phyllirides.
Et deus extinctũ creſis epidaurius herbis
Reſtituit patriis androgeona focis:
Miſus & hemõia iuuenis q̃ cuſpide uuln⁹
Senſerat hac ipſa cuſpide ſenſit opem.
Hoc ſi qs uitiũ potuit mihi demere ſolus:
Tantaleæ poterit tradere poma manu:
Dolia uirgineis idem ille repleuerit urnis
Ne tenera aſſidua colla grauentur aqua:
Idem caucaſea ſoluet de rupe promethei
Brachia: & a medio pectore pellet auẽ:

Fructibus unquã. Hoc ut opinor ideſt æuo florente puellas. Quod memorant latícem pertuſum congerere in uas. Quod tamen expleri nulla ratione poteſtur. Idem dicit. Tantalo ſaxum ſemper impendere quod ad ſuperſtitionem refert: qui metus urget inanis mortales. Pellet autem. Aquilam dicit quæ aduncis unguibus lancinat iecur opimũ p̃methei. de quo ſupra dictũ ẽ. cũ aũt hæc oĩa ĩpoſſibilia ſint:

oſtendere uult ſe nūq̄ ab amore poſſe liberari. Scribit tamen Higinius iouem exemiſſe uinculis prometheu3 pro accepto beneficio. Spes inuidioſa. Vera lectio eſt pars non ſpes ut ſit ſenſus. Inuidere liuidos ipſius poetæ ætati floridæ partim propter ſtudia litterarum: partim pp amicitiā mœcenatis: a quo peculiariter fouebat.

Eſſeda cælatis ſiſte. Eſſeda ſunt currus: qb⁹ peculiariter utebant britanni in bello. Lōga eſt narratio apd cæſarē in q̄rto & qnto cōmētario de eſſedariis. i. militib⁹ britānis: q ex eſſedis pugnabāt: & ex eſſedis interdū deſiliebāt: & ſtrepitu rotarū plerūq̄ pturbabāt ordines cæſarianorū. Oui. Paruaq̄ q̄primū rapiētib⁹ eſſeda mannis. Hora. Eſſeda feſtinat pilēta petorita naues. Porphyrio dixit eſſeda ē uehicula gallorū. Quod idem ſenſit ſeruius ſcribens uſum eſſedorū apud belgas fuiſſe reptum. unde a Virgilio belgica cognominantur. Cælatis. ornatis. Pli. in. xxxiii. caſtigans luxuriā romanorū inquit At nos iuenim⁹ cartucas ex argēto cælare. Mutæ fauillæ. i. cineri meo ſepulto. Hora. debita tu ſparges lachryma fauillā uatis amici. Fui ī hac elegia explicāda plixior pterea q̄ ſinguli pene uerſus egebāt interptationis: & domitius nullū penitus uerbū ſcripſit ſuper his: quæ nullo pacto erant ſilētio ptereunda. Alia Elegia.

Q ñcūq̄ igitur uitā mea fata repoſcent
Et breue in exiguo marmore nomē ero:
Mœcenas noſtræ pars inuidioſa iuuentæ:
Et uitæ & morti gloria iuſta meæ:
Sī te forte meo ducet uia proxima buſto
Eſſeda cælatis ſiſte britāna iugis: (uillæ
Taliaq̄ illachrymans mutæ iace uerba fa
Huic miſero fatū dura puella fuit.

Ad Cynthiam.

IBer erā & ua. me. ui. lecto. Formā cynthiæ cām fuiſſe dicit ut amori ſit māci pat⁹. eāq̄ heroinis & deab⁹ equipat: & nulla annoſa ætate mutari poſſe deſiderat. Furta tua. Furta p adulteriis accipe. Oui. Iuppiter his gaudet gaudet uen⁹ aurea furtis. & Virg. Martiſq̄ dolos & dulcia furta. uideturq̄ alludere ad rapinā europeſ Maxia. hu. ualidiſſima q̄ forma ēt ī fœminis placet. & ut ſcribit Ariſto. in. iiii. ethicorū pulchritudo cōſiſtit in magno corpe. & parui pulchri eē nō poſſunt. Ad aras du. Pallas dr̄ ſpaciari ad aras dulichias pp ulyſſem cui iugiter adhærebat quē īpaſſe dulichiis notiſſimū ē. Vel qa ī ea īſula colebat. ē āt dulichiū īſula una ex echinadib⁹ alio noīe dolicha nūcupata. Quā formoſa inqt ē pallas qñ uelato capite meduſeo q d' geſtat ī egide ſpaciat ad aras dulichioſ: tā formoſa ſit cynthia. In egide pallas geſtat caput gorgoneū. Vir. Egidaq̄ horrificam turbatæ palladis arma. Nota ſūt q̄ de gorgone anguifera traduntur a poetis: quā īteremit pſeus: & caput palladi dono dedit. Hiſtorici tradūt gorgonas īſulas eē in ethiopia: ī q̄s penetrauit Hamio pœnorū īpator: pdiditq̄ hirta fœiarū corpa uiros pnecitate ſupaſſe: duarūq̄ gorgonū cutes argumēti & miraculi gīa in Iunonis tēplo poſuit ſpectatas uſq̄ ad carthaginē captā. Scri. Diodo. in. iiii. amaronas lybicas exercitū cōtra gorgōidas duxiſſe eaſq̄ inito certamīe debellaſſe. Gorgonidas deinde tradūt cū uires auxiſſent iterū a pſeo expugnatas cū illarū eēt regīa meduſa. poſtremo ab hercule deletæ fuerūt. Qualis & iſchomache. Hippodamia atracii filia: quā poeta iſchomachen appellat: nupſit pirithoo: ī cui⁹ nuptiis cētauri mero caleſcētes & libidine æſtuātes ad rapinā puellarū cōuerſi ſūt: & īprimis ipi⁹ nouæ nuptæ. uñ ait Ouidius in. xii. Raptaturq̄ comis per uim noua nupta phenſis. Eurytus hippodamen alii quam quiſq̄ pbabat. Tūc pirithous theſeuſq̄ aliiq̄ pſtātiſſimi heroes una cū lapithis aduerſus cētauros inſurrexerūt: multiſq̄ trucidatis: reliquos fuderunt fugarūtq̄. autores. Ouidi. & Diodorus. Lapithæ a lapitho apollinis filio appellati quorū rex fuit pirithous: q pindū & othrim theſſaliæ montes habitarūt: ut refert Plinius. Iſchomache ergo heroina lapitharū genus ſua formoſitate ſtimulauit centauros in medio cōuiuio ad uiz inferēdā. Quæriť cur a Propertio dicat' iſchomache: quā cæteri ſcriptores hippodamiā ſiue hippodamē appellāt. Plutarchus uero deidamiā. Nomē ē cōpoſitū ex duob⁹ uerbis græcis iſcho: & mache. Iſcho græce ſignificat hēo: & mache dicit' pugna. Quia hippodamia hūitī nuptiis ſuis pugnā: certamēq̄ centaurorū. Ideo iſchomache elegāter nūcupat'. Ita & a callimacho noīatur: cuius carmē exp̄ſſit Propertius cētauri primi pugnare ex equo inuenerūt habitātes ſupra pelion montē. Autor Plinius. & ideo exiſtimati ſūt biformes ut autumat Probus. Mercurio ſais. Minerua dicitur ſais lingua ægyptia. Vnde ſcribit Herodotus in ſcdo. Quot annis cōuentum fieri ab ægyptiis in urbe ſai in honorē ipſius Mineruæ. Saītæ populi colūt ouē ut ſcribit Strabo: & Mineruā uenerantur. in cuius templo pſammethichi ſepultura eſt. Inde ſaitica pfectura nominata. Autor eſt Plato in timeo. Mineruam quā græci athenā nominant fundatricē extitiſſe Sais ciuitatis unde fuit Rex amaſis. Bobeis aūt lacus ē in media quodāmodo theſſalia ubi dr̄ Minerua pedes abluiſſe iuxta illud Iſiodī: qd' refert Strabo in nono Permultis coram plantam ſibi uirgo ſeuera Bobeide in ſtagno lauit. Senſus eſt. Quam formoſa fuit pallas loto corpore in undis bobeidos cum primum Mercurio copulata eſt: tam formoſa eſt cynthia.

IBer eram & uacuo meditabar uiuere lecto
At me compoſita pace fefellit amor:
Cur hæc in terris facies humana morat⁹?
Iuppiter ignoſco priſtina furta tua:
Fulua coma ē: lōgæq̄ mānus: & maxia toto
Corpore: & īncedit uel ioue digna ſoror:
Aut cū dulichias pallas ſpaciatur ad aras
Gorgonis anguiferæ pectus opta comis
Qualis & iſchomache laphitæ gen⁹ hero
Cētauris medio grata rapia mero (inæ
Mercurio ſais fertur bobeidos undis
Virgineum primo compoſuiſſe latus:

Cedite etiá diuæ. Iunonẽ Veneré. & pallada intelligit: q̃s nudas inſpexit paris: qñ malũ aureũ uelut uictoriæ calculũ ueneri tradidit: qd̃ iudiciũ paridis celebratiſſimũ apd̃ poetas luculẽter enarrat Apulei⁹ in. x. de aſino aureo. Ideis. idea duplex eſt. altera in creta: altera in phrygia: de qua nũc intelligere. Cumeæ uatis. i. ſibyllæ uiuaciſſimæ. Auſo. Vincas cumeã tu quoq; deipheben. Sibyllas appellarunt ueteres oẽs fœminas uaticinãtas: ut Lactantius & Varro teſtant̃. & meminit Seruius: quæ dictio cõſiliũ deſ interp̃tat̃ eolico genere ſermonis. Sibyllas decẽ numero fuiſſe tradit Diuus hieronymus in libris cõtra Iouinianũ: q̃rũ propria noĩa refert Lactã. in primo ex qbus una fuit cumea in Italia: q̃ rſiſa dedit æneæ: de qua nũc loqtur. Lõgæua ſacerdos a lõgo æuo dicit̃ a Virgilio. Cuius rei fabulã leges apud Seruiũ & Ouid. in. xiiii. metamorpho. Alia Elegia.

Cedite etiam diuæ quas paſtor uiderat oli
Ideis tunicam ponere uerticibus:
Hanc utinã faciem nolit mutare ſenectus
Et ſi cumeæ ſæcula uatis aget:
Ad irriſorem ſemet.
QVi nullum tibi dicebas iam poſſe nocere
Hæſiſti: cæcidit ſpũs illæ tuus:
Vix unũ potes infœlix requieſcere meſem
Et turpis de te iam liber alter erit:
Quærebam ſicca ſi poſſit piſcis harena
Nec ſolitus ponto uiuere toruus aper:
Aut ego ſi poſſem ſtudiis uigilare ſeueris:
Differtur nunquã tollitur ullus amor.
Nec me tã facies quãuis ſit candida cœpit
Lilia nõ domina ſint magis alba mea:
Vt mæotica nix minio ſi certet hibero
Vt quæ roſæ puro lacte natant folia:
Nec de morte comæ p læuia colla fluenteſ
Non oculis dominæ ſydera noſtra faces:
Nec ſi quæ arabio lucet bombice puella
Non ſum de nihilo blandus amator ego.
Quãtũ qd̃ poſito formoſe ſaltat iacho
Egit ut euantes dux ariadna choros:
Et quatũ æolio cũ tentat carmina plectro



QVi nullum tibi dicebas iã poſſe nocere. Seipſum alloquitur oſtendens cecidiſſe ſpirit⁹ illos feroces: quibus quõdã gloriabat̃: ſeq; amoris mancipium eẽ fatet̃. Laudatq; formoſitatem cynthiæ laudibus cumulatiſſimis. Hæſiſti: Captus ex amore. Tranſlatio ab auibus: q̃ uiſco hærent in captura: uel ab eo q̃ in luto hæſitat. Studiis ſe ueris. ſ. philoſophiæ: omiſſis rebus amatoriis. Piſcis harena. Scribit Auicẽna humidos eſſe piſces frigentiſq; naturæ: & iõ frigidis & aquaticis nutriuntur alimentis. Nã ut ſcribit Albertus magnus. Cũis natura deſiderat ſimile ſibi. Lilia nõ domina. Liliũ roſæ nobilitate proximum eſt. Lilion appellant oleũ lilioꝝ. candor lilii eximius eſt. & lilium rubens. Narciſum uocãt liliũ purpureum. Autor Pli. in uigeſimo primo. Vt meotica nix. Meotis palus eſt ſiue lacus in quam influit Tanais. Scythæ meotin uocãt temerinda quod ſignificat matrẽ maris. ut refert Plinius. In illis regionibus ſunt ppetuæ niues pp frigus intolerãdũ. Scribit Herodotus in. iiii. Aerẽ pennatum eſſe in Scythia. quoniã illic aſſidue ningit & nix pennis perſimilis eſt. Plini. eã regionẽ uocat pterophoron: quaſi pennas ferentẽ. Minio ibero. Miniuꝫ inter pigmenta magnæ autoritatis eſt. laudatiſſimũ naſcit̃ in hiſpania: q̃ iberia dr̃a fluuio ibero: nec fere aliun de q̃ ex hiſpania romã deferebat̃. Miniaria metalla celeberrima erant in betica hiſpaniæ regione. Lege Plinium in trigeſimotertio Laudat poeta colorẽ cynthiæ: quẽ dicit talẽ fuiſſe: qualis eſt niuis coniunctæ cũ minio. Talis color a Virgilio laudat̃ in lauinia his uerſib⁹. Indũ puer pureo ueluti uiolauerit oſtro. Si quis ebur uel mixta rubent ubi lilia multa Alba roſa tales uirgo dabat ore colores. Per leuia colla. i. polita prima producta ſcribit̃ Martialis. Læuior o conchis gallecitheriacis & Iuuenalis. Sponſus læuis adhuc. Sydera. Laus oculoꝝ quorum fulgor ſideribus cõparatur. ut illud Martialis. Lumina ſideribus certent. ſidera a conſidendo ſicut ſtellas a ſtando dici. autor eſt Martianus capella. Arabio bombyce. ueſtem bombycinam accipe. de qua Iuue. Cuius delitias & pãniculus bombycinus urit: & hæc ẽ ueſtis coa: de qua ſupra memorauimus. Sunt enim bõbyces uermiculi: q primo erucæ ſunt. Fit deinde quod uocat̃ bõbylis. ex ea necydalus. ex hoc in ſex menſibus bõbyces. Telas araneoꝝ modo texũt: ad ueſtẽ luxũq; fœminaꝝ: quæ bombycina appellat̃. Autor Plinius in. xi. Arabia bõbycem uocat a regione opulentiſſima: q̃ oĩbus delitiis abũdat. unde a græcis dici meruit. endemon. a noſtris fœlix arabia. Plinius tamen laudat bombycẽ aſſiriã: qua uiri fœminis ceſſerũt: cũ uiros ẽt nõ puderet has ueſtes uſurparẽ pp onera æſtiua. In tantum inquit ille a lorica geſtãda diſceſſere mores ut oneri ſint ẽt ueſtes. Iaccho. i. uino tropos Metonymia. Nam p iacchũ hoc eſt bacchũ inuẽtorẽ uini intelligit̃ inuẽtũ. Euãtes. diximus ſupra bacchãtes fœminas inter cætera cognomina euãtes dici. Vir. Illa quoq; ſimulãs euãtes orgia circunducebat phrygia. A libero p̃dicuntur: q euan appellat̃. ut ait Seruiꝰ. Papinius. Et tu baſſaridum rotator euã. Dux ariadna. Merito dat ariadnæ choros bacchãtes. qñ relicta a theſeo nupſit baccho: a quo coronã dono accepit. q̃ inter ſidera collocata ẽ: ut docet Higiniꝰ. Eolio plectro. Hoc pp alceũ & Sappho dcm̃ ẽ: q uſi ſũt eolide dyalecto: ut ſcribit porphyrio. unde ait Hora. Eoliæ fidibus puellæ. & Ouidius Eolia noĩa dicta lyra. & Apuleiꝰ in primo floridoꝝ eoliũ cãticũ celebrat: qd̃ ſimplex fuiſſe demſtrat. Plectrũ inſtrm ẽ citharedi: quo chorde plectunt̃. i. pcutiuntur. unde a plectẽdo. i. feriẽdo nomẽ accepit: ut ait Donatus Martia. Exornẽt docilẽ garrula plectra lyram. Cicero in. ii. de natura deoꝝ. Plectri inquit ſimilem linguã noſtri ſolent dicere chordarum dentes. & Ambroſius in ſexto exameri. Lingua uelut plectrũ loquentis eſt. Supra laudauit poeta cynthiam: q; perita eẽt fidibuſ. & carmine

unde nunc ait tam in carmine lyrico parē esse lyræ musas: quā uocat Aganippeam ab aganippe fonte boetiæ musis dicato: cuius meminit Plinius in quarto: unde ait Ouidius. Dicite q̄ fontes aganippedas hippocrenes Iuuena. Desertis aganippes uallibus. Scribit Solinus Aganippē fontē a cadmo fuisse mōstratū. Cui⁹ aq̄ pota aias facūdia irrigaret. Cōmittit. i. cōparat: & deducit in cōtentionē. Hoc. n. apud priscos significat cōmittere. In alia significatiōe accepit. Luca. Exiguū dominos cōmisit asylum. & in scdo machabeoꝝ scriptū est. Rex cōmisit cū iuda & supatus est p eo q̄d est cōflixit. & alibi. Iudas cōmisit cū nicanore. Antiq̄ corinæ. Corina thebana uel tanagrea scripsit epigrammata: & lyrica poemata pindari in certamine lyrico uictrix. Musea lyrica cognominata fuit altera thespia: quam qdam corinthiam dixerunt. Autor Pausanias: De thebana intelligit Propertius pp quam extimo Ouidiū amicam suā uocitasse corinam. Herynæ. heryna ut scribit Eusebius chronographus poetria agnoscitur. quo tēpore dyon syracusis interēptus est: quæ poema cōposuit lingua dorica & tercentū uersibus opus absoluit quoꝝ dignitas cum homero cōtendit. Eustathius autor eā fuisse cōcubinā poetice sapphus. ait poeta cynthiā nō putare carmina herynæ cū suis esse cōparanda utpote excellentioribꝰ. alii codices habent. Quiuis ut sit sensus nō quēlibet temere existimare carmina cynthiæ suis esse æqperāda pp eleganti am puellarem. Sternuit omen. Interrogatiue p̄nūciā dū. Quærit enī an nascēti cynthiæ feruidus amor fœlix auguriū dederit p sternuamētū. & est imitatio Catulliana: a quo dictū ē de amore dextra sternuit approbatiōe. Scribit Aristo. in prīo de aialibꝰ. Sternutamentū signū eē augurale: & unū ex spirituū oīum generibꝰ sanctū & sacrū. Quærit Pli. in uigesimo octauo cur sternutamentis salutamus. Cuius rei cām reddit Aristo. Cuiꝰ inuētis nec ipsa natura dissentit. Is. n. in uigesimo problematū ita scriptū reliqt. q̄d mehercule memoratu digniſſimuꝫ est. Tres sunt p̄tes principes oīi corpis Caput: Thorax & Aluus. cunq̄ efflatꝰ alui respiratio sit: ructus uentricu li: sternutamentum capitis: q̄ pars sacra p̄cipue est: spiritum hinc exeuntē tā q̄ sacꝝ ueneramur & adoramꝰ. Præterea sternutamētum bñ caput ualere possecq̄ coquere indicio est: pinde igit̄ q̄si bonæ indicium ualitudinis p̄tis optimæ atq̄ sacerrimæ sternutamētum adorāt: bñq̄ augurant̄. idē ait alibi. sternutamta: q̄ post meridiē fuerint esse auspicatiora. Legimꝰ ap d̄ Albertum magnum tradi tum esse ab auguribꝰ sternutamētum signū esse ueritatis & liberatōis a piculo īsidiaꝝ. Hæc tibi cōtulerit. Hæc est uera lectio q̄ oñdit poeta bōa q̄ habet cynthia collata eē a diuis: nō āt data esse a pentibꝰ tulerit dixit penultima correpta more ātiquoꝝ: q emert tulerunt media breui p̄nunciabāt: ut docet dōat⁹: uñ a Virg. dcm̄ est. Matri lōga decem tulerit fastidia menses: nō āt tulerint: ut semidoctum uulgꝰ legere solet. Nō nō. negātis ꝯfirmatio est. ita Catul. Nō nō hoc tibi falsē sic abibit. Ista decem menses p̄tionem mulieris scdm naturā fieri tradit gelliꝰ nono aut dcimo mense iccirco nomina p̄cis facta sunt. pca nona. dcima' a piendo nono & dcimo mense. uñ ait Plau. in cistellaria. Decimo mense exacto hic pepit filiā. & decemuiri. in. x. mense gigni hoīem scripserunt in legibus. xii. tabulaꝝ. inuentæ tī sunt q̄dā q̄. xi. mense: q̄. xiii. peperunt: q̄d nullum esse certuꝫ tp̄s piendi declarat. autor Pli. in. vii. Censorinꝰ in lib. die natali hæc omnia refert ad aspect⁹ siderales. Europæ atq̄ asiæ. Helenā signat: q̄ fuit cā belli decennalis inter græcos & troianos. europæ pp græcos. Asiæ pp troianos dcm̄ est. in hanc sententiam dcm̄ est illud a Hieronymo. Propter unius mulierculæ raptum europæ atq̄ asiæ decennalia bella cōfligunt. Tabulas uetustas. Sensus est si qs pictor uult supare tabulas uetustissimoꝝ pictoꝝ qui deas & mulieres formosissimas sæpe pinxerunt: is p ponat sibi p exemplo cynthiā: & ita ostendit neq̄ uerā: neq̄ pictā fœminā cynthiæ esse æquiperādam. olim zensis pictor factur⁹ tabulā agrigentinis: quā in templo iunonis ponerent: inspexit uirgines eoꝝ nudas: & ex his quinq̄ elegit: ut q̄d in qua laudatissimū esset: pictura redderet. autor Plinius in. xxxv. Hoc idem copiosiꝰ enarrat Cicero in. ii. Rhetoricoꝝ: qui in hoc solo dissentit a Plinio: q̄ picturam illam non agrigentinis factam fuisse memorat: sed chrotoniatis. Pictura autem illa fuit helenæ simulachrum. Hesperiis. Occidentalibus. hesperia dicta est Italia: dicitur & hispania: ut ait Seruius. Porphirio existimat ab Horatio dictā esse hesperiam ultimam pro occidua parte. scribit Macrobius ab hespero stella hesperiam nominataꝫ: q̄ occasui sub iecta sit. Tu intellige hesperios pro occidentalibus. His saltem ut tenear. Vt accipe pro utinā. ita Plautus. ut

Par aganippeæ ludere docta liræ
Et sua cū antiquæ cōmittit scripta corinæ
Carmia quæ erynes nō putat æqua suis:
Num tibi nascenti primis mea uita diebus
Aridus argutum sternuit omen amor?
Hæc tibi cōtulerūt cælestia munera diui
Hæc tibi ne matrem forte dedisse putes.
Non nō humani sunt partus talia dona:
Ista decem mēses non peperere bona
Gloria romanis una es tu nata puellis
Romano accumbens prima puella ioui:
Nec semp nobiscū humana cubilia uises:
Post helenā hæc terris forma scda redit:
Hac ego nō mirer si flagret nostra iuuētus
Pulchrius hac fuerat troia perire tibi:
Olim mirabar q̄d tanti ad pergama belli
Europæ atq̄ asiæ causa puella fuit:
Nunc pari tu sapiens & tu menelae fuisti
Tu quia poscebas: tu quia lentus eras:
Digna quidē facies p q̄ uel obiret achilles
Vel priamus: belli causa probanda fuit:
Si quis uult fama tabulas anteire uetustas
Hic dominā exemplo ponat in añ meā:
Siue illam hesperiis: siue illā ostendit eois:
Vret & eoos: uret & hesperios:
His saltē ut tenear iā finibus aut mihi si qs

dii illum perdāt: qui primus horas reppit. Turpia ppessus uates. Neleus pr̄ Nestoris filiā habuit noīe pero formositate cōspicuā: quæ a multis in uxorē petebat. pr̄ Nemini filiā despōsuꝝ se dixit: nisi ei: q̄ boues iphi cli ex philaca ad se duxisset. Melāpus diuinandi pitus solus id ꝓmisit: q̄ ab iphiclo deprēsus in uincula cōiectus ē: sed post annum solut⁹ est ut narrat homer⁹ in. xi. odisseæ. eo ꝙ q̄sita diuinit⁹ reuelasset. Pero ita uolen te melāpode tradita ē uxor bianti fri. ab hoc melāpode dictū est hellebonim melāpodiō. ut refert Pli. in. xxv. Alii dissentiētes ab Homero memorāt biantē suadente fre Melāpode spopōdisse Neleo se iphicli boues aba cturum: & dū id facere conat⁹ fuisse captum & in uin culis habitum: q̄ deinde dimissus boues abduxit: & pero formosissimā duxit uxorē. Cām aūt ut dimitte ret⁹ hanc fuisse ferunt. cū Bias in carcere custodiret⁹ sen sit trabes ipsi⁹ domicilii carie teredinibusq̄ cortosas portēdere ruinā: idq̄ Iphiclo ꝓdixit. Iphicl⁹ ob id bñ ficiū eū uiculis exemit. Idē docuisse fert⁹ Iphiclū: quo pacto fecūdus fieret & filios gigneret. ob hæc meruit. Bias educere boues peritas a neleo. q̄ ei filiā despōdit Prop. homeꝝ sequut⁹ est. Vates. qa diuinādi arte p̄ stabat: & ita uocat⁹ ab homero. Idē pitus medicinæ fuit: sanauitq̄ ꝓtidas furētes ut docet Victruui⁹. Di ctio mēdosa ē apud Pli. Nā ꝓ ꝓtidas scriptū ē parotī das. Nō ignoro parotidas morbū eē & tumores au riū unde nomē deriuat⁹. Sed ī hoc loco pliniano legē dū est ꝓtidas. Surripuisse. nō surripuit: sed surripere uoluit. Ita Vir. Quos ego sū totiēs iā dedignata mari tos. Amithaonia domo. Hoc iō dictū est: qa po nu psit nō melāpodi. sed biāti fri ut supra memorauim⁹ Amithaoniā domū dicit: qa filii fuerūt amithaonis unde Virgi. amithaoniusq̄ melāpus. Alia elegia.

Acrius ut moriar uenerit alter amor:
Ac ueluti primo taurus detractat aratra
Post uenit assueto mollis ad arua iugo:
Sic prīo iuuenes trepidāt in amore feroces
Dehinc domiti post hæc æq̄ & iniq̄ ferunt
Turpia ppessus uates est uincla melāpus:
Cognitus hiphicli surripuisse boues:
Quē nō lucra magis pero formosa coegit
Mox amithaonia nupta futura domo.

Ad Amantem.

MVlta prius dñæ delicta q̄raris oportet
Sæpe roges aliqd sæpe repul sus eas:
Et sæpe imeritos corrūpas dentibus ungues
Et crepitum dubio suscitet ira pede:
Nequicquā pfusa meis unguenta capillis.
Ibat & expēso planta morata gradu: (is:
Nō hic herba ualet: non hic nocturna cithe
Non perimedeæ gramina cocta manus:
Quippe hic nec cās nec aptos cernimus ic
Vnde tamē uēiāt tot mala cæca uia ē: (tus
Nō eget hic medicis nō lectis mollibus eger
Huic nullum cæli tempus & aura nocet:
Ambulat & subito mirantur funus amici
Sic est incautum quicquid habet⁹ amor:
Nam cui non ego sum fallaci præmia uati?
Quæ mea nō decies lōnta uersat anus?

MVlta prius dñæ delicta q̄raris oportet. In amore plus fellis eē q̄ mellis oñdit: & multa æquo aīo tolerāda: & amoris morbū eē subitariū: facilioreq̄ pueri: q̄ puellæ amorē cē demōstrat. Et cre pitū dubio. Multa sunt signa irascētiū sed illa ī ꝓmis cōplosæ sæpius man⁹. citatus grad⁹. & pulsata hum⁹ pedibus: & totū concitū corpus. Vide senecā in ꝓmo de ira. Ira ergo amantis suscitat sonitū pedibus incer tis. crepitum ꝓ sonitu accipe. ut Cicero in uerrinis ac cepit. Inter doloré crepitūq̄ plagarū audiebat⁹. unde & crepitū uentris uocitamus. Ne q̄q̄ ꝓfusa unguē ta. Frustra inqt capilli mei erāt unguento delibuti cū id mihi nihil ꝓdesset ad amorē: & frustra ibā gradu librato & incessu cūctabūdo: quo sæpe incedūt ama tores. Vnguēta primi pfæ excogitarūt: & Alexander magnus expugnatis darii castris iuenit scriniū unguē toꝝ præciosissimū. Laudatissimum fuit mendesium: & illud q̄ regale appellatū ē: quo parthoꝝ reges ute bant⁹. Autor Pli. ī. xiii. Nō hic nocturna citeis. Supra dcm ē amorē nullo medicamēto eē sanabilē. Nec saga fœmia inqt perit atq̄ magicæ artis aliqd pōt polletq̄ ī amore. & Oui. Nil magicas artes posse iuuare putat. Deme ueneficiis carmibusq̄ fidē. Citeis dr̄ saga. Sūt āt sagæ fœmiæ magicaꝝ artiū & carminis pite: tanq̄ sa tis agæ: & multū agētes ut interptat⁹ porphirio. In prīo cōmētario narrauim⁹ quēadmodū citea urbs fuit col choꝝ. uñ medea citeis dicta ē. & incātamēta carmia citeina dicunt⁹. & nūc citeis dr̄ fœmia maga atq̄ uenifica q̄les Hecate: medea: & circe fuisse ferunt⁹. Nō p medeæ. Nil ꝓsūt inqt gramia cocta manibus medeæ. uñ ait Oui. Quid te phasiacæ iuuerūt gramia terræ. Cū cupes prīa colchi manere domo. Quidā codices hēnt pime deæ ut sit una tm̄ dictio: & a pimedea uenefica drīuatū nomē. Ictus. s. cupidineos. Hic æger. s. amator. Cæ li tps. scribit herodot⁹ aeris mutatiōibus ꝓcipue existere in hoīb⁹ morbos. & autor ē celsus ex tēpestatib⁹ pes simas eē q̄ uariāt: quo fit ut autūnus plurimos opprimat. Tūc. n. ut inqt Oui. Aere non certo corpa languor habet. Sēsus ē poetæ amatorē nō languere ex cæli hoc est aeris inæq̄litate: sed ex morbo amoris subitario.

Fallaci ꝓmia uati. Solebāt prisci somnia deferre ad cōiectores hoc ē interptes somnioꝝ qui accepto ꝓmio somnia explanabāt. unde ait cicero in scdo de diuinatiōe. Defert ad cōiectorē qdā somniasse se ouū pendere ex fascia lecti sui cubicularis. ī deuteronomio scriptū ē. Nō audies uerba sōniatoris. ubi sōniator accipit⁹ pro cōiectore. ait poeta se sōnia uati & diuinatori sua dnūciare: q̄ accepto ꝓmio falsa & uana subīde dicebat: ut ita

amatori gratificaret. Sõnia uersat anus. i. saga uetula: quæ cũ superstitiõe sõnia interpretat diligẽter pẽsitãdo. Ita Mar. Exorat noctes dũ mihi saga tuas. Tranqllo tuta. Metaphoricos. Nã per cimbã. i. nauiculã trãqllo flumie luto ꝓcurrentẽ itelligit amorẽ pueri securiorẽ esse trãqlliorẽq; amore puellæ. Præcordia. Mutat inqt puer mentẽ: & oẽm exuit iracũdiã. Nã ut inqt elegãter seneca. Puerorũ iræ acres magis q̃ graues sũt. præcordia aũt iõ dixit: qa irã e pectore moueri philosophi tradũt efferuescẽte circa cor sanguie. Cã aũt cur hic potissimũ assignet iræ locus nõ alia ẽ: q̃ ꝙ in toto corpe calidissimũ pect⁹ est ut docet seneca in secũdo de ira. ꝓcordia uero uocamus mẽbranas: q̃ cordi ꝓtẽdunt. ut ait Pli. in. xi. q scribit ĩ trigesimo exta in hoie appellari ꝓcordia. græci dicũt phrenas q̃si pticipes prudẽtiæ sint ut docet Aristo. ĩ. x. de aĩalibus. Alia elegia.

HOc uer ẽ tota te ferri cynthia roma
Inuehit in negtiã cynthiæ atq; perfidiã: minaturq; se amorẽ alio trãslatum. Te ferri. ꝓ differri & diffamari dictũ accipe. Et nobis aqlo cynthia uẽtus erit. Prouerbiale ẽ. Signat. n. sibi oli uẽtos scãdos ꝓpitios q; futuros & serenã tẽpesta tẽ. In hãc sniam ait Oui. Et tibi crede mihi tpa ueris erũt. Aqlo uẽtus ẽ septẽtrionalis: q uẽtoꝝ saluberrimus ẽ ut scribit Pli. q serenitatẽ facit ut docet gelli⁹: q ab homero cognomiat ethregenetes: ꝙ uno uerbo latio dici põt sudific⁹ q̃si faciẽs sudũ hoc ẽ serenũ. Insultet moribꝰ. Illudat: irrideat. Nã ut ait seruiꝰ ĩsultare significat irridere inimicos uel iiuriosi⁹ aliqd dicere. Hoc. n. ĩsultare ẽ ut docet noniꝰ: ĩde scribit trãqllus dixisse cæsarẽ se insultaturũ capitibꝰ aduersariorũ. Te uẽ dicet. i. ulciscat. Quidã codices habẽt uellicet: & ita legendũ ẽ. uellicare. n. significat extrẽas corpis ptes digitis uellere: & ifestare ꝓssando. uñ eruditi uellicare usurpãt ꝓ eo ꝙ ẽ mordere: lacerare: crimiari. A. Gellius ĩ q̃rto. Plura ĩ salustio iscite aut maligne uellicãt. Hor. in sermonibꝰ. Vellicet abstẽ demetriꝰ. Sẽsus ẽ iuueniã ex multis puellis unã: quæ nõ sit ĩsolẽs ac supba ut es tu o cynthia: & quæ te tuosq; mores fastosos reprehendat & culpet. Nõ ita carpathiæ. Aĩos amãtiũ incertiores eẽ docet fluctibꝰ marinis: q̃ ẽ plaurina soĩa. Ita enĩ ĩ cistellaria loquit iuuẽis amator. Maritimis moribꝰ mecũ expitur amor. Ita meũ frãgit amãtẽ aĩum mihi oĩa ĩgenia sũt. Quod iubet nõ iubet iã id cõtinuo. carpathiũ mare dr̃ a carpatho ĩsula. ut ait seruiꝰ: ð quo lucilius. Rhodos carpathiũ in pelagꝰ se inclinat aptũ. Nec tu nõ aliqd. ad seipm uersus ait se qdẽ primo dissiduo dolituꝝ. Iunõis iura. Iunonẽ iprimis mulieres uenerabant: & nubẽtes eã uariis cognominibꝰ nũcupãtes inuocabãt. nã iterduca: domiduca: cĩxia & unxia uocitabat ut. ſ. eaꝝ itinera ꝓtegeret: ut in optatas domos duceret: ut in postibꝰ mariti ungẽdis cingulo ponẽdo fastũ omẽ ꝓberet. Nõ solũ taurus. Cõfidit nõ solũ robusta aĩalia: q̃lis ẽ taurꝰ. sed ẽt infirma q̃lis ẽ ouis repugnare ledẽtibꝰ aduersariis. Scitũ ẽ illud agesilai dictũ: q cũ murẽ a pueꝝ captũ uidisset momordisse manũ detinẽtis: fugisseq;. Cõuersus ad amicos. qũ inqt tã pusillꝰ muscul⁹ sic eos excipit a quibus iniuriã patit: qd iuris faciũdũ sit cõsiderate. Fregerit ira fores. hoc ab amatoribus iratis fieri solet ut fores amicæ excludẽtis pfringãt. inde est illd Terẽtianũ in adelphis. Fores effregit: restituent: discidit uestẽ resarcient.

Hostis si qs erit nobis amet ipse puellas
Gaudeat in puero si quis amicus erit:
Tranquillo tuta descendis flumine cimba:
Quid tibi tã paruí littoris unda nocet:
Alter sæpe uno mutat præcordia uerbo
Altera uix ipso sanguine mollis erit.

Ad Cynthiam.

h Oc uer ẽ tota te ferri cynthia roma
Et nõ ignota uiuere nequitia:
Hæc merui spare: dabis mihi pfida poenas
Et nobis aquilo cynthia uentus erit:
Inueniã tamen e multis fallacibus unam
Quæ fieri nostro carmine nota uelit:
Nec mihi tã duris insultet moribus & te
Vellicet: heu sero flebis amata diu:
Nunc est ira recẽs nũc est discedere tẽpus
Si dolor abfuerit crede redibit amor:
Nõ ita carpathiæ uariãt aqlonibus undæ
Nec dubio nubes uertitur atra noto:
Quã facile irati uerbo mutant amantes.
Dum licet iniusto subtrahe colla iugo.
Nec tu nõ aliqd sed prima nocte dolebis
Omne in amore malũ (si patiare) leue est.
At tu per dominæ iunonis dulcia iura
Parce tuis annis uita nocere tibi:
Nõ solũ taurus ferit uncis cornibus hostem
Verum etiã instanti læsa repugnat ouis:
Nec tibi periuro scindã de corpore uestes:
Nec mea præclusas fregerit ira fores:
Nec tibi cõnexos iratus carpere crines
Nec duris ausim lædere pollicibus:
Rusticus hæc aliqs tã turpia prælia querat
Cuius nõ hederæ circũire caput:
Scribã igitur ꝙ nõ unq̃ tua deleat ætas
Cynthia forma potẽs cynthia uerba leuis
Crede mihi q̃is cõtẽnas murmura famæ
Hic tibi pallori cynthia uersus erit.

Cuiꝰ nõ hederæ. i. talia fiãt a rusticis & ĩdoctis: q corona poetica nõ meruerũt. poetis q natura mites sũt minie ꝓueniũt: q corõa hederacea coronant. poetæ. n. ut scribit Pli. corõis hederæ utũt & illiꝰ potissimũ hederæ cuiꝰ semẽ crocatũ ẽ. folia miꝰ nigra: q̃ qdã bacchicã appellãt: q maxios hẽt corymbos. Ita. n. uocãt racemi hederæ fructũ ferẽtes. Vir. atq; hãc sine tpa circũ. Inter uictrices hederã tibi serpe lauros. ꝙ a Quin. repetitũ ẽ elegãter in. x. Hic tibi pallori. Versũ illũ intellige: quẽ ꝓposuit uidelicet. Cynthia forma potẽs. cynthia uerba leuis: quo iprimis lapidatã eẽ uult cynthiæ nequitiã.



On ita cōplebant ephyreæ laidos ædes. Impudicā īpudicitiā cynthiæ taxat dolēter & acerbe cū dicit illi⁹ domū ab amatorib⁹ nō min⁹ fuisse freq̄ntatā: q̄ laidos: & thaidos: & phyrnes meretricū domicilia a scortatorib⁹ freq̄ntarent. Ephyreæ laidos ædes. Lais famosissima meretrix ex sicilia in peloponessū adhuc puella d̄ducta fuit ut scribit plutarch⁹ in Nicia: dicta est a scriptotib⁹ corinthia. qa corinthi habitauit. hæc ē illa lais ad quā pp elegātiā uenustatēq; formæ ꝯuentus ditioꝝ hoīum ex oī græcia celebres erāt: neq; admittebat nisi q dabat ꝙ poposcerat. poscebat āt ut docet gellius nimiā q̄titatē. & cū olim a demosthene poposcisset decē milia drachmarū: auditū est illud egregiū dicteriū. pœnitere tāti nō emo. de hac Oui. Multis lais amata uiris. Ephyream uocat poeta: qm̄ corinthus alio noīe ephyre dicta est: Autores Pli. & gellius. Menādreæ thaidos. Menāder in scribēda comœdia absolutissim⁹ fuit apd̄ græcos & un⁹ omniū optime affect⁹ exp̄ssit: ut scribit fabius. Hic celebrauit thaida scortū nobilissimū. unde thais menādrea meruit appellari: & apd̄ Martia. Tale lēma est menādri thais. Hæc p̄mū iuuenū lasciuos lusit amores Iuuent⁹ attica isti⁹ domū freq̄ntabat. In de dictū est a Martia. Thaida nocte uolo. Populus erictonius. i. atheniēsis ab eritchthonio rege Vulcani & mineruæ filio: q ab hōero eritchtheus uocat. Scribit plato ī critia erichthoniū nomē eē priscoꝝ atticorū. Quadrigas prim⁹ teste pli. iūxit erichthonius. Idē ludos īstituit ī attica ut ait Augu ī. xviii. d̄ ci. dei. Similiter a manilio athenienses erichthonii dicunt illo uersu. Qualis erichthonios pestis populata colonos Menāder cētū & octo fabulas scripsisse fert ut tradit gelli⁹. & in certaminib⁹ comœdiaꝝ ambitu gr̄aq; & factiōib⁹ sæpe uicebat a philemone emulo ut docet Apule. ī floridis. Hic exiit illud epigrāmatici poetæ. Rara coronato plausere theatra menādro. Scribit Eusebi⁹ Chronograph⁹ menādrū supasse dū p̄mā fabulā cognomēto originē tradidisset. Cōponere thebas phyrne. Phyrne thespiēsis fuit q̄ ciuitas ē boetiæ ut ait Stra. elegātia formæ laudatissima. In iudiciū olī uocata nō tā orone hypidis absoluta fuit: q̄ pulchritudine corpis: ꝙ pulcherrimū denudauit: & ita forma p̄suasit iudicib⁹ ut absolueret sicut docet qntil. Hæc in cēsa cupiditate hn̄di signi ꝙ pulcherrimū putaret praxiteles usa ē hac calliditate. subornauit quēdā: q praxiteli secū colloquēti nūciaret eius domū cōflagrare: quo audito praxiteles. mō inqt cupidinis statua supsit: leuis est iactura. & ita phyrne hoc cōmēto cognouit cupidinē pulcherrimū eē: quē ipsa deinde thespiēsib⁹ dedit. ut scribit pausanias. Refert Strabo in nono a glycerio meretrice nō a phyrne illū praxitelis cupidinē fuisse cōsecratū. pp quē thespiæ uisebant. ut cicero in sexta uerrina & Pli. in trigesimosexto tradiderūt Erat aūt id signū cupidis marmoreū. potuit ergo phyrne cōponere thebas deletas sua. s. formositate: cuius fruēde cā thebas oēs cōfluebāt: q̄s deletas appellat poeta: qm̄ a philippo thebani male mulctati fuerūt: & mox ab alexandro thebæ dirutæ & captiui sub corona uenditi. Autores Iustinus & plutarchus. Potes hoc referre ad diuitias phyrnes: q̄s questu meretricio cōpauerat qbus thebas potuisset ī pristinā opulētiā reuocare. Oscula nec desunt. Scribit cato iō ꝓpīquos fœminis osculū dare ut scirēt an temetū olerēt: hoc tū nomē uino erat. uñ & temulētia appellata. idē referūt Pli. ī. xiiii. & Gel. in nono. Ad p̄lia uētū. Nā ut inqt Hora. fuit añ Helenā cunnus teterrima belli cā. Eadē demētia iussit. i. idē furor amoris iussit cētauros torq̄re pocula cōuiualia in pirithoū: ꝙ factū est dū amore & mero stimulātib⁹ hippodamē rape conarent. uñ dixit Vir. Et magno hyleū lapithus cratere minātē. & d̄ cētaurea pugna loq̄ns flaccus ait ī prīo. Crateres mēseq; uolāt arq; deoꝝ Poculaq; Nutrit⁹ duro. Romulus & rem⁹ ita noīati fuerūt ab eo ꝙ lupa infantib⁹ p̄buerit māmā: q antiquo uocabulo ruma dicebat. ut docet plutarch⁹ in romulo. inde iuenies dici agnos & hedos subrūos a uetustissimis scriptorib⁹ qñ sūt sub māma hoc ē sub ruma. Tu rape ītactas docuisti. Nemo ē q nesciat Romulū petisse a finitimis cōnubia. qb⁹ denegatis ip̄e ludos simulauit ad quos spectādos cū oīum circa uicioꝝ utriusq; sex⁹ multitudo ꝯfluxisset: & ī p̄mis sabinoꝝ sabinarūq; magn⁹ nūerus aduētasset. dato a romulo signo iuuent⁹ romana discurrit ad mulieres rapiēdas. Quidā tradūt trigita tm̄mō raptas fuisse a qb⁹ & rōanæ curiæ nomen acceperunt. alii supra qngentas. Alii supra sexcētas raptas fuisse memoriæ ꝓdiderūt. Fœlix admeti cōiūx. Alceste

Ad Eandem.



On ita cōplebant ephireæ laidos ædes
Ad cuius iacuit græcia tota fores.
Turba menandreæ fuerat nec thaidos olim
Tanta in qua populus lusit erictonius.
Nec quæ deletas potuit cōponere thebas
Phyrne tam multis facta beata uiris.
Quin etiā falsos fingis tibi sæpe ꝓpinquos:
Oscula: nec desunt qui tibi iure ferant:
Me iuuenū facies pictæ: me numia lædunt:
Me tener in cunis: & sine uoce puer:
Me lædet si multa tibi dabit oscula mater:
Me soror & cū qua dormis amica simul:
Oīa me lædēt: timidus sum: ignosce timori
Et miser in tunica suspicor esse uirum:
His olim ut fama est uitiis ad prælia uentū ē
His troiana uides funera principiis.
Aspera centauros eadem dementia iussit
Frangere in aduersum pocula pirithoū.
Cur exempla petā graiū? tu criminis autor
Nutritus duro romule lacte lupæ:
Tu rapere intactas docuisti īpune sabinas
Per te nunc romæ quidlibet audet amor.
Fœlix admeti coniūx: & lectus ulyssis:

Sint mea uel danaes cõdita mẽbra mõ:
In te ego & æratas rũpã mea uita cathẽas
Ferratam danaes tranſilãque domum.
De te qd'cũq; ad ſurdas mihi dicit̃ aures
Tu modo ne debita de grauitate mea.
Oſſa tibi iuro per matris & oſſa parentis
Si fallo cinis heu ſit mihi uterque grauis
Me tibi ad extremas mãſurꝫ uita tenebras
Ambos una fides auferet una dies.
Q d ſi nec nom̃: nec me tua forma teneret
Poſſet ſeruitium mite tenere tuum.
Septima iã plenæ deducitur orbita lunæ
Cum de me & de te cõpita nulla tacent.
Interea nobis nõnunquã ianua mollis
Nõnunquam lecti copia facta tui:
Nec mihi mũeribꝰ nox ulla ẽ ẽpta beatis
Q uicqd erã hoc animi gra magna tui.
Cũ te tã multi peterent: tu me una petiſti
Poſſum ego naturæ nõ meminiſſe tuæ?
Tũ me uel tragicæ uexetis erinnydes: &
Inferno damnes eace iudicio: (me

scio ante nos nullū pene aiaduertisse hāc satyrici poetæ sniam: q illud platonicū noluit significare ut olī publico adiutorio Iuuenalē ꝓfitētes affirmauim⁹: in q̄ sniam nostrā frequētes auditores pedib⁹ iuerūt. de iudicio eaci ait Sta. ī Syluis. īmēsis utrā q̄tit eacus ulnis. Titii uolucres. Poetæ lectōe & īprimis Virgilii notū est quēadmodū Titi⁹ apud īferos hac lege dānatus ē: ut uulteres obūco rostro ei⁹ iecur exedāt idq; iugiter faciāt: q ut Lucre. docet ad amorē referēdū est ī quo nos lācinat & exest āxius angor. & lacerāt curæ. Supplicib⁹ tabellis. Hīc iectare possumus cynthiā misisse ad poetā pugillares qbus supplicit⁹ rogabat: ut ī amore cōstās & fidus ꝑmaneret: q se factuꝝ pollicet. Nec cito desisto. Hoc nō solū i amore: sed etiā ī amicitia factitādū est qd Augustus fecisse fertur: q amicitias nō facile admisit. & admissas constantissime retinuit: autor Tranquillus.

Alia Elegia.

AH q̄tū de me pāthi tibi pagina finxit. Pāthus apud cynthiā maledictis & criminibus fictis & famosis libellis taxauerat proptium. nūc poeta par pari rependit: & iuisum cynthiæ panthū efficere contendit utpote in amore mutabilē. pagina a pangēdo dicta: q in ea uersus pangūtur. i. figunt: autor Festus. Ah ꝓnūciatiōe adiuuādū est. cū sit interiectio doloris ut ait Prisciā⁹. Dodona uerior augur. Sum inqt uerior diuīator ipso oraculo dodoneo: qd illustre fuit in epiro. de quo in primo cōmentario multa cōmemorauimus in eū uersum Nō mechao nīæ uincūt ī amore colūbæ. dodona ī epiro ciuitas ē. un de dodoneos lebetes noīauit Vir. & Luca. ait syluaq; dodones. Vxorē ille tuus. Qui uxorē habet curat q̄ uxoris sunt quo mō placeat uxori: ut scribit Paulus ad corithios. Nec uxoratus ita amicæ operā dare pōt ut ille q ē celebs. Cātat liber. i. solut⁹ amore. cū tu existīes ab eo te amari. cātus. n. est signū animi ociātis & soluti a curis cupidineis. Inter eos. i. panthū & pāthi uxorē. Colchida sic hospes. Oūdit eos q uxorē hēnt nō eē fideles ī amore: ꝓ ꝓbat exēplo Iasonis: q ducta uxore Creusa d⁹seruit colchida hoc ē Medeā: quæ de ipo fuerat optīe merita: & calypso destituta fuit ab Vlysse ad penelopē uxorē festinabūdo. de his supra dictū est abūde. Iecta ē. hic distīguēdū est: & extrisec⁹ subitellígēdū Medea. q. d. medea iecta ē domo a Iasone: cū creusa in domo regnaret. Mēdosum uersum ita emēda: Iecta ē. tenuit nāq; creusa domū. & ē sēsus: q sola creusa tenuit domiciliū iecta medea. Expta in prio. Delusa ab uno pātho debes ī posteꝝ eē circūspectior: ne ab altero decipiaris. se uero dicit in amore cynthiæ futuꝝ per oē tps firmū atq; constātē.

SCis here mi multas pariter placuisse puellas. Demopoōtē alloquit indicās se ꝑter oēs alios amori esse obnoxiū: & ubiq; se uidere: q amare cogat: nec se una amica cōtētū eē demſat exēplo sūpto a mundo: q duob⁹ luminaribus īdiget. Here mi. Duæ sūt dictiōes: nec ꝓ noīe ꝓprio accipiēdū. ut īdocti accipiūt q dicūt Prop. scribere ad dmophoōtē heremiū cū poeta appellet hex dmophoōtē noīe reuerētiæ. legito itaq; o demophoon here. i. domīe scis. mi. i. mihi more prisco placuisse puellas. Hora. o here quæ res nec modū hēt nec cōsiliū. alias aduerbiū est here: & ꝓ heri accipit. Mar. Cur here qd dederas hodie puer hyle negasti. Iuueres hodie minor est here quā fuit. & Quinti. ait here nūc ē littera terminamus. O nimis exi. na. thea. meo. Hoc ideo dictum accipe: quia theatra in primis frequētebātur a puellis causa ludorum theatralium: quos auidissīme spectabant. unde ait Ouidi. Sed tu præcipue curuis uenare theatris: Hæc loca sunt uoto fertiliora tuo: uetares subitariis gradibus & theatro tpario ludos edebant. Pompei⁹ māsurā theatri sedē posuit. ut autor ē Cor. Tacitus. Theatrū balbi: & marcellianum memorantur. Memoratur & scaurii theatrū in tps structū. Referūtur & theatra lignea curionis: in qbus exhibuit ludos ī funere pīno: ut tradit facū dissime Pli. ī. xxxvi. Hæc sī

Atq; iter titii uolucres mea pœna uaget:
Tumq; ego sisyphio saxa labore geram.
Nec tu supplicib⁹ me sis uenerata tabellis
Vltima talis erit quæ mea prima fides.
Hoc mihi ꝑpetuo ius est: q solus amator
Nec cito desisto: nec temere incipio.

Ad cynthiam.

AH quantum de me panthi tibi pagina finxit:
Tantū illi pantho ne sit ami ca uenus.
Sed tibi iam uideor dodōa uerior augur:
Vxorē ille tuus pulcher amator habet.
Tot noctes piere: nihil pudet aspice cātat
Liber: tu nimiū credula sola iaces.
Et nunc iter eos tu sermo es: te ille supbus
Dicit se inuito sæpe fuisse domi.
Dispereā si qcquā aliud q̄ gloria de te
Q uæritur: has laudes ille marit⁹ habet:
Colchida sic hospes quōdā decepit iason:
Iecta est: tenuit nāque creusa domum.
Sic a dulichio iuuene est eluſa calypso
Vidit amatorē pandere uela suum.
Ah nimiū faciles aurē prebere puellæ
Discite desertæ nō temere esse bonæ.
Huic quoq; q restat iā pridē quærit alter:
Expta in primo stulta cauere potes.
Nos quocūq; loco: nos omni tēpore tecū
Siue ægra pariter siue ualente sumus.

Ad demophoōtē.

SCis here mi multas pariter placuisse puellas
Scis mihi demophoō multa uenire mala.
Nulla mihi frustra lustrantur compita plantis
O nimis exitio nata theatra meo.

Hoc ideo dictum accipe: quia theatra in primis frequētebātur a puellis causa ludorum theatralium: quos auidissīme spectabant. unde ait Ouidi. Sed tu præcipue curuis uenare theatris: Hæc loca sunt uoto fertiliora tuo: uetares subitariis gradibus & theatro tpario ludos edebant. Pompei⁹ māsurā theatri sedē posuit. ut autor ē Cor. Tacitus. Theatrū balbi: & marcellianum memorantur. Memoratur & scaurii theatrū in tps structū. Referūtur & theatra lignea curionis: in qbus exhibuit ludos ī funere pīno: ut tradit facū dissime Pli. ī. xxxvi. Hæc sī

illa munera. ſ. ludi: quoꝝ meminit Cice. in illa epiſtola. Nēpe ſtudiū nō defuit declarādoꝝ muneꝝ tuo noīe

Geſtu brachia. In ſaltatiōibꝫ brachia cū geſtu decoro antiqtus mouebant. uñ ait Oui. Si uox ē canta: ſi mollia brachia ſalta. mollē ſaltationē primi iones iuenerūt: quæ ionica uocat. uñ dixit Hora. Motꝫ doceri gaudet ionicos matura uirgo. Incinit ore. i. canit. ab hoc uerbo īcino deriuat incētio: & ſignificat cātilenā ſiue cantionē. quo uocabulo utit Gel. ſic ſcribēs. Docet plurimis hoīum morbis medicinā fuiſſe incētiōes tibiarū: & ī eodē capite inqt. Si modulis lenibꝫ tibicē incinat ꝓ canat. Indica gēma. In īdia gēmas uarii generis

Siue aliqs molli deducit candida geſtu
Brachia: ſeu uarios incinit ore modos.
Interea noſtri quærūt ſibi uulnus ocelli
Cādida nō tecto pectore ſi qua ſedet.
Siue uagi crines puris in frōtibus errant
Indica quos medio uertice gēma tenet.
Q uæ ſi forte aliqd uultu mihi dura negat
Frigida de tota frōte cadebat aqua. Crat
Q uæris dmophoō cur ſim tā mollis ī oēs
Q uod quæris q̄re nō hēt ullus amor?
Cur aliqs ſacris laniat ſua brachia cultris:
Et phrygis īſanos ceditur ad numeros.
V nicuique dedit uitium natura creato
Mi fortuna aliquid ſemp amare dedit.
Me licet & thamyre cātoris fata ſequant
Nūquā ad formoſas inuide cæcus ero.
Sed tibi ſi exiles uideor tenuatus in artus
Falleris: haud unq̄ eſt culta labore uenꝰ
Percōtere licet: ſæpe eſt experta puella
Officium tota nocte ualere meum.
Iuppit alcmenæ gemias requeuerat arctos
Et cœlum noctu bis ſine rege fuit
Nec tamē idcirco lāguēs ad fulmina uenit
Nullus amor uires eripit ipſe ſuas.
Q uid cū e cōplexu briſeidos iret achilles
Nū fugere minꝰ theſſala tela phryges?

pcioſas fuiſſe Pli. curtiuſq; notificāt. pcioſiores erāt ſardonyces carbūculi: Adamantes: & Berylli. ephiteton eſt a laude loci ꝺriuatū ut gēma īdica appellet. Frigida aq̄ Frigidꝰ ſudor: q in nimio metu & ægritudīe ꝓuenire ſolet. uñ ait Apulei⁹ in prīo de aſino. Sudoꝝ frigido miſer pfluo. Cor. celſus. ſcribit ſudoré frigidū indicē eē mortī. hippocrates ī aphoriſmis ita ſcriptū reliqt frigidi ſudores cū febre acuta facti mortē ſignificāt. Nā frigidꝰ ſudor ut docet īterps Hippocratis Gallienꝰ egrediť e corpe cū calor naturalis uel iā extīctꝰ eſt: uel uicinus eſt extīctioni. Quod q̄ris q̄re nō hēt ullus amor. Amoris nulla eſt rō: nec dici pōt cā cur ſimꝰ in amorē tā ꝓpēſi: nō magis q̄ galli & bellonarii: q ſemet ſecāt cultris. q̄ rōne id faciāt: dicere poſſint: cū ex animi q̄dā pturbatiōe hæc cuncta ꝓueniāt. ſacerdotes bellonæ deā colentes ſuo cruore ſacrificāt ſectis. n. lacertis diſtrictos gladios exercētes currūt: efferunť: & iſaniūt: ut ſcribit Lactā. ī prīo inſtitutionū. uñ ait Luca. Tú quos ſectis bellona lacertis Seua monet cecinere deos. & apud Tibul. ꝺ ſacerdotiſſa bellonæ. Ipſa bipēne ſuos cedit uiolēta lacertos. Apulei⁹ de ſacerdotibꝫ deæ ſyriæ ſcribēs dicit illos morſibꝫ ſuoſmet musculos iuadere: & gladiis ſibimet brachia diſſecare: & ꝓ hūc furorē uaticinari. legimus in iſtro ueteri. libro tertio regū. fuiſſe ꝓphetas trecētos: quos lucorū appellāt canonicæ ſcripturæ: q incidebāt ſe iuxta ritū ſuū cultris & lanceolis: donec ſanguie pfunderent. Galli uero ſacerdotes Cybelleii ſuis uirilibꝫ litabāt: & amputato ſexu neq; uiri neq; fœminæ efficiebant. Hi uaticinabant carmine fanatico: ut inqt Liuius ī. xlviii. Samia teſta utebant ad uirilitatē amputādā: nec alī caſtrabant citra pniciē: ut autor ē Pli. ī. xxxv. Lucre. ī ſcdo cām retulit. q̄re Galli mſi deū attribuant: & q̄re furore ſtimulent. Telaq; ꝓportēt uiolēti ſigna furoris. & Auguſtinꝰ in. vii. de ciuitate dei. ſacra gallorꝝ & cybeles tropologica enarratiōe reſerauit: quæ apud utrūq; cū libuerit: legere poteris. nos cōtēti ſumus īdicaſſe loca: ī qbꝰ iſta cōtineant. ait Prop. bellonæ ſacerdotes: & phrygas gallos ſecare brachia cultris: & ſemet ipſos lācinare citra oēm rōnē. phrygē uocat Gallum hoc eſt ſacerdotem cybeleū: quia cybele dea phrygia eſt. undē ait Lucre. Ideā uocitant matrem. phrygiaſq; cateruas Dant comites. & in hanc Proptii ſnīam dixit Tibullus. Et ſecet ad phrygios uilia mēbra modos. & Oui. in ibin ait. Attonitoſq; ſeces ut quos cybeleia mater Incitat. Me licet & thamyræ cantoris. Etiā inquit ſi cecus forē ſicut fuit thamyras tamen oculatus eſſem ad formoſas contemplandas. thamyras philamonis filius ſcīa cātandi gloriabundus muſas in certamen ꝓuocauit. ex quo indignatæ muſæ ut ſcribit Home. ī ſcdo iliados. abſtulerūt illi oēm pulſandæ cytharæ peritiā: & oculis priuatū ſpoliatūq; reliquerunt. hoc factum eſt in dorio Boetiæ. unde dixit Luca. in. vi. Et dorion ita flebile pieridū. thamyrā fuiſſe cecum indicat Oui. illo uerſu dimidiato. & thamyræ demodociq; caput. Haud unq̄ eſt culta labore uenus. in Venere colēda ſe nihil laborare nihilq; lāguere cōfirmat: cū tamē ex cōcubitu hō oīum maxīe animātiū diſſoluat: atq; lāgueſcat ut refert Ariſtoteles: quoniā ſemē ꝓ ſui corporis rōne plurimū emittit. & ut inqt Auicēna: nulla ē euacuatio ſimilis huic euacuatiōi uenereæ. Quin ēt teſte Alberto magno. Homo palleſcit debilitaturq; exī coitu in tātū ut ſi q̄dragies tantūdē de ſanguine emitteret: nō magis palleſceret: atq; lāgueſceret. Alcmenæ geminas requerat arctos. Ex lectiōe poetarꝝ & maxime Plauti ſatis notū quēadmodū Iuppiter duas noctes. uel ut ait Diodorus. tres in unā redegit ut liberius alcmenæ amplexibus frueret. hinc ille ſoſia Plautinus ſcortatores inuitat hæc nox inquit ſcita eſt exercēdo ſcorto conducto male. attamen Iuppiter ut inquit Propertius non eſt factus languidior & infirmior ad fulmina iaculanda. propterea q; amor ſuppeditat uires: non eripit. Theſſala tela. Ideſt Achillea. Nec Achilles inqt a concubitu bryſeidos debilior ueniebat in certamen. nec Hector hebetior pigriorque ab amplexu uxoris Andromachæ claſſem græcorum inuadebat. cui incendium minitabatur.

Mycenæ rates. Naues græcoꝝ a mycenis ciuitate peloponesi. ubi regnauit Agamẽnõ ip̃erator græcorum de mycenaꝝ potẽtia lege Strabonẽ in. viii. q̃s Vir. claras appellat. & Silius Agamẽnoniã mycenẽ appellitauit. Ille uel hic. Achilles: & Hector. Muros. referas ad Achillẽ. Classes ad hectora. Hic ego. in amore & re ueneria nõ minꝰ se robustũ eẽ gloriat: q̃ Achilles Hectorq; fuerũt. Aspice uti cœlo. Quẽadmodũ duo luminaria alteꝝ diurnũ: alteꝝ nocturnũ deseruiũt mũdo: ita sibi duabꝰ puellis opus eé significat: ut altera celsante: altera p̃sto sit ad Veneris offm̃ pficiẽdũ. Tutiꝰ & gemios anxia mr̃ alit. Sicut mr̃ minori sollicitudine atq; anxietate afficit: q̃ duos hẽt filios: quam illa cui unicus tm̃ ẽ filius. ita ego inqt poeta tutius duas amo: q̃ unã. securiꝰ duabꝰ operã impẽdo: q̃ uni. Aut si es dura nega. Iuxta illud. Diligo p̃stãtẽ nõ odi cina negãtẽ. & illud. pars bficii accepti ẽ si cito neges. illa. n. torq̃t amãtẽ: quæ nec dat nec negat: sed cũctatiõe suspẽdit. Quẽ q̃ scire timet. Ex amãtiũ cõsuetudie dem̃ accipe: q per internũcios multa cupiũt iuestigare ð amica: & in p̃mis an rivalis fuerit itromissus: quæ deide timidi: & cũ suspiriis iuestigata cognoscũt. Cũ recipi. Hũc uersũ ita emẽdãdũ eé existimamꝰ. Cũ recipi quẽ nõ nouerit ille putat. cuius hæc est sñia. Amãs nõ admissus ab amica. put spauerat: p noctẽ quiescere nõ põt: & idẽtidẽ suspirat: putãs receptũ esse a puella rivalem: quẽ ipse nõ nouerit. Alii codices habent cur uetat. magis placet cũ putat: quæ lectio elegantior est atq; uenustior. Alia Elegia.



Vi fuit idocti fugiẽda hæc semita uulgi. Quot & q̃ta sint in amore matronali icõmoda exptus poeta cepit adire lupas & scorta uulgaria: quorũ facilitatẽ tutosq; cõcubitus ãteponit difficultati atq; piculis: quæ ex ingenuaꝝ puellaꝝ amore puniũt. Hæc semita. ego inqt: q uulgarẽ idoctoꝝ sectã utpote doctus fugere debebã: núc p illoꝝ semitã uadens & ex lacu plebeio aquã potãs afficior suauitate: qđ totũ allegoricos dem̃ est. Nã significare uult suauẽ sibi eẽ cepisse coitũ meretricũ: q̃s uulgi semitã appellat. qm̃ plebei & ignobiles lupinaria frequẽtãt & lustra: & hac semita iter subinde faciũt. Petita lacu. Metaphoricos ostendit se illa sectari: q̃ prius sordentia iudicabat. Aquæ. n. lacustres meretricibꝰ cõparanť: quæ cões sũt ut illæ: quæ & si ob uilitatẽ minus expetibiles eẽ uideanť: tamẽ ob facilitatẽ nõ ĩsuaues existimanť: ex sñia Dia catonis. Huc iuuenes æquũ est descẽdere: ut inqt Hora. Ingenuus q̃sq̃. Cũ ĩdignatiõe legẽdũ & p̃nũciatiõe uultuosa adiuuãdũ: dẽt ne inqt q̃spiã ingenuꝰ alieno seruo blãdiri: & mũera largiri ut ille sit stupri seq̃ster & internũcius. q. d. hæc nec fieri debere: nec tolerari cũ meretricis coitus parabilis sit & paruo cõstet. Quæ nã nunc por. illã. Romæ erãt porticus liuia: octauia põpeia inter alias laudatissimæ sub q̃ bus matronæ spatiari solebãt ut docet Oui. Hic est illud satyricũ. Porticibꝰ ne tibi monstreť fœmina uoto digna tuo. Promissa. legẽdũ ẽ cõmissa. nã amissa uerba uocat: q̃ amator seruo cõmisit ad dñam pferenda. Cãpo quo. utrũ martio an minore cãpo. Cuius memĩt Catul. Te q̃stuimus ĩ minore cãpo. Quos di. fa. la. her. ubi ĩquit tolerueris labores tales ob amicã: q̃les Herculei celebrãť: ẽ ne æquũ ut illa deide petulãs & p̃cax petat: ecqd hẽas mũeris q̃ sibi mittas. ærũnæ. Herculis. xii. uulgatissimæ sũt testimõio Dio. & epigrãmate Ausonii. Custodis. Qui. s. mũerib⁹ ẽ ab amatore cõplacãdus: ut ĩtromittať ad dñam. Immũda. Amator sæpe ĩ pte domus cenosa delitescit ne dep̃hẽdať a marito puellæ. Nõ dissimile ẽ illud Oratianũ. An turpi clausus ĩ arca cõtractũ genibꝰ tãgas caput. Quã ca. se. ĩ to. Pathetica ofo & cũ miseratiõe p̃nũciãda: q̃ docet poeta Amatorẽ ubi p totũ ãnũ laborauerit: & cruciatꝰ ĩpatibiles ptulerit unica tm̃ nocte frui oplexu ipsiꝰ puellæ: & ita q̃ iuuat breuissimũ: q̃ torq̃t lõgissimũ eẽ significat. Hoc idẽ mihi accidit: q lõgo ĩteruallo uix ãplexari possũ q̃ deo. Iuuat me tũ iste tã rarus tãq; furtiuus dñæ cõgressus. cũ nulla sit uoluptas tã magna q̃ nõ affidoitate sui

Quid ferꝰ ãdromachæ lecto cũ surgeret
Bella miceneæ ñ timuere rates? Hector
Ille uel hic classes poterat: uel pdeř muros
Hic ego pelides hic ferus hector ego.
Aspice uti cœlo mõ sol mõ luna mĩstret
Sic etiã nobis una puella parum est.
Altera me cupidis teneat foueatq; lacertis
Altera si quando non sinat esse locum
Aut si forte irata meo sit facta ministro
Vt sciat esse aliam quæ uelit esse mea.
Nã meliꝰ duo defendũt retinacula naué:
Tutius & geminos anxia mater alit.
Aut si es dura nega: sin es nõ dura uenito:
Quid iuuat in nullo põdere uerba loq.
Hic unus dolor ẽ ex omnibus acer amãti
Speranti subito si qua uenire neget.
Quanta illũ toto uersant suspiria lecto
Cum recipi quẽ nõ nouerit illa putat?
Et rursum puerũ quærẽdo audita fatigat
Quẽ quæ scire timet dicere plura iubet.

De amoris seruitute.



Vi fuit idocti fugiẽda hec semita uulgi
Ipsa petita lacu nunc mihi dulcis aqua est?
Ingenuus quisquam alterius dat munera seruo:
Vt cõmissa suæ uerba ferat dominæ?
Et quærit totiẽs quæ nã nũc porticus illã
Integit: & campo quo mouet illa pedes.
Deide ubi ptuleris quos dic̃ fama labores
Herculis: ut scribat mũeris ecqd habes:
Cernere uti possis uultũ custodis auari:
Captus & imũda sæpe latere casa.
Quã care semel ĩ toto nox uertitur anno:
Ah pereãt si quos ianua clausa iuuat.

faſtidiū pariat. Cōtra reiecto. Placet ingt mihi amica plebeia & ſcortū uulgatiſſimū: cui nulli ſūt cuſtodes: nulla ueſtimēta: q̄ oculos nr̄os ipediāt: quo min⁹ ocioſe cūcta poſſim⁹ cōtēplari. In hāc ſnīam ē illd Horatia nū. Adde huc q̄ mercē ſine fucis geſtat apte. Quod uenale hēt oñdit. & ille tot⁹ ſermo amorē matronar̄ inſectaf̄ utpote habētē plus amaroris q̄ ſuauitatis. Meretrices ut ſcribit Noni. apd ueteres ſuccinctiori ueſte utebā tur. Terif̄ uia ſocco. Plebeiū ſcortū uulgareq̄ deſcribit: qd̄ ſoccos ſordidos: & calciamēta uilia geſtare conſueuit. Socci ſūt calciamēta comœdor̄. uñ apd Hora. i arte poetica ſoccos p comœdia dictos accipim⁹. Sunt etiā ſocci calcei muliebres. Inde dixit Tranq̄l. caligulā in publicū p ceſſiſſe nōnunq̄ in ſocco muliebri. Idē in uitellio ingt. Socculū meſſalinæ dextrū inter togā tunicaſq̄ geſtauit aſſidue. Matrōæ geſtabātur in lecticis. plebeiæ ibāt pedib⁹: & ita a Iuuenale plebeia deſcribit. Nec melior pedib⁹ ſilicē q̄ cōterit atrū. Sacra uia erat romæ: p quā quot mēſib⁹ ſacra ferebātur i arcē: ut ait Varro. Nec poſcet. i. poſtulabit. ita legēdū ē: nō aūt poſſet: ut mēdoſi Codices ſcriptū hñt. ſenſus ē. plebeia meretrix non petet a te p cōcubitu munera p̄cioſa: q̄ p̄ auar⁹ doleat eſſe data a filio amatore. Plaut⁹ ſcortum huiuſcemodi elegāti uocabulo appellat. diobolare a duob⁹. ſ. obolis: q̄bus cōducebatur. Aſtrict⁹. i. tenax & auarus: & in comœdiis itroducunt paraſiti edaces: p̄res tenaces: meretrices p̄caces: ut inquit Apu. in floridis. Et q̄s euphra. Placeant ingt mihi illæ puellæ q̄ ueniunt ex Babylonia & Aſſyria. Capiāt. i. iuuēt & delectent. ita Mar. Te fortaſſe magis capiat de uirgine porca. Alia Elegia.



V loqueris cum ſis iam toto fabula libro
Procacitatem inſectatuturcynthiæ: dicitq̄ ſe illius cauſa factum eſſefamoſum: & per totam urbem eē ludibrio. Primi duo uerſus quaſi ab aliena perſona dicuntur ad ipſum Propertium: quibus ſe ad ſudorem cogi demōſtrat ex ingenuo pudore prouenientem. Infamis traducerer. Significatiſſimo uerbo uſus eſt. nam traducere ſignificat deridere & ad infamiam oſtentare. Papinius in ſiluis inquit. Nempe ego ſum qui traducor. Martialis. Rideris: multoſq̄ magis traduceris afer. & Iuuenalis. Altera quos nudo traducit gallia talo. Vrerer & quāuis. Ita diſtinguendum ut ſit ſenſus. quāuis urerer amore. tamen multos fallerem: nec omnibus hic meus ardor cognitus foret. Verba darem. i. deciperem. Hoc enim ſignificat uerba dare. hic eſt ille locus epigrammatici poetæ. Cui nihil ipſe dabas: his tibi uerba dedit. Parcius infamant. Minori taxamur infamia ex amore uilis atq̄ plebeiæ puellæ: q̄ matronarum. Hora. in ſermonibus inquit. Verum cum mimmis & cum meretricibus uñ fama malum grauius q̄ reſtrahit. Frig⁹ hīe pila. intelligit pilā ex criſtallo puellarē: quam matronæ æſtiuo tpe manib⁹ cōtinēt ad æſtū refrigerandū. Talos eburnos. tali ſūt illi: quos græci aſtragalos appellāt. unde aſtragali zōtes dicunt a Plinio talis ludentes: diuerſi a teſſeris. cū teſſeræ ſint ex ſex latterib⁹ quadratæ. græce cubi dicuntur quibus in alea nunc paſſim omnes utuntur. Tali ueroī deſuetudinem abierunt. Vt autem intelligas quare apud Martialem dicat teſſera. Non ſum talor̄ numero par teſſara. ſcito in ludo talario adhiberi quattuor talos: cū in teſſario teſſeræ tantū tres adhibeant: quod breuiter traditum a Cicerone obſeruauimus ita ſcribentes in primo de diuinatiōe. Quattuor tali iacti caſu uenereū efficiūt. Idē alibi ait. Venereū iaci poſſe caſu quattuor talis iactis et quadringētis centū uenereos non poſſe caſu conſiſtere. Huius rei ignarus Martialis interpres in enarratione talorum et teſſarar̄ cuncta perturbat: et perperā interp̄tat. Iulia dona. i. cæſarea: et ob hoc prec̄ioſa. Hæc lectio accōmodatior eſt ſnīæ ipſius poetæ: q̄ ſi legas uilia dona. In uia ſacra erat emporiū rerū uenaliū. unde dixit poeta in priapeiis. De ſacra nulli dixeris eē uia. et Ouidius. Rure ſuburbano poteris tibi dicere miſſa illa tibi in ſacra ſint licet empta uia. Diſpēdia. ideſt damna et detrimenta. ab eo dictum diſpendium q̄ in diſpendendo ſolet minus fieri: ut interpretatur. M. Varro. Hinc ait Columella. diſpendioſa cunctatio eſt.

Contra reiecto quæ libera uadit amictu.
Cuſtodum & nullo ſepta timore placet:
Cui ſæpe imūdo ſacra cōteritur uia ſocco
Nec ſinit eſſe moram ſi quis adire uelit.
Differet hæc nūq̄ nec poſcet garrula: q̄ te
Aſtrictus ploret ſæpe dediſſe pater.
Nec dicet timeo: p̄pera iā ſurgere quæſo:
Infœlix hodie uir mihi rure uenit.
Et quas euphrates: & q̄s mihi miſit orōteſ
Me capiant: nolim furta pudica tori.
Libertas quoniā nulli iā reſtat amanti
Nullus liber erit ſi quis amare uolet.

Ad Cynthiam. Seipſum.

V loqueris cū ſis iā toto fabula libro:
Et tua ſit tota cynthia lecta foro.
Cui nō his uerbis aſpergat tēpora ſudor
Aut pudor ingenuus: aut reticēduſ amor.
Q uid ſi iā facilis ſpiraret cynthia nobis:
Non ego nequitiæ dicerer eſſe caput.
Nec ſic p totā infamis traducerer urbem.
Vrerer & quāuis nomine uerba darē.
Q uare ne tibi ſit mirū me quærere uiles:
Parcius infamant: num tibi cauſa leuis?
Et modo pauonis caudæ Habella ſuperbæ
Et manibus dura frigus habere pila.
Et cupit iratum talos me poſcere eburnos
Q uæq̄ nitent ſacra iulia dona uia.
Hā pereā ſi me iſta mouēt diſpēdia: ſ; me
Fallaci dominæ iam pudet eſſe iocum.
Hoc erat i primis qd̄ me gaudeī iubebas
Tam te formoſam nō pudet eſſe leuem?
Vna aut altera nox nōdū ē i amore pacta
Et dicor lecto iam grauis eſſe tuo.
Me mō laudabas: & carmia nr̄a legebas

Ille tuus pennas. Quia amor alatus pingit. Cõtendat me, in. Prouocat riualem in certamen litteratoriũ quem rudẽ oñdere uult: & ob hoc cõtẽptibilem. Vna discat amare domo. i. sit cõtentus unica amica sicut nos sumus, ex quo ostendit riualem plures amicas habere, se uero unius cynthiæ amore esse contentũ. Lernæas pugnet ad hydras. Nullũ piculũ se subter fugere demõstrat: qđ iusserit amica. Idem minime factuꝝ esse riualem. Lernæas hydras plurali nũero dixisse uidet: qa multis capitibus erat formidolosa: & uno abscisso bina ternaue renascebant. unde ait Oui. Nec profuit hydræ Crescere p dãnũ. Hãc interemit hercules. Historia & fabula notissima. Lernæas appellat: qm̃ dr fuisse in lerna argiuorũ palude, unde ait Vir.. Et belua lernæ, dicta est alio noie excetra: ut docet Seruius ab eo q̃ uno capite cesso tria succrescebãt, & ita appellatur a Plauto in persa. Hesperio mala dracone. Notissimum est hesperidas puellas in lybia habuisse nemus auriferũ: qđ custodiebatur a uigili dracone quem hercules interfecit: & poma aurea detulit ad euristheũ. Plinius & Solinꝰ tradũt hortos hesperidum cinctos fuisse flexuoso maris meatu: qui uisentibus procul draconis p̃bebat effigiem, unde draconẽ custodis instar fuisse interptant: q instruunt iter ad mendacium fabulãdi. Nihil ꝑter oleastros aliud extat ex narrato illo aurifero nemore. M. Varro. Aurea mala hesperidum capras & oues interptat. Cuius hæc sunt uerba ex libro rei rusticæ. Secũdo ut in lybia ad hesperidas unde aurea mala. i. scđm antiquã cõsuetudinẽ capras & oues: quas hercules ex africa in græciã exportauit, ea enim sua uoce græcia appellarunt mala. Hoc idẽ tradit Diodo. in .v. Tetra uenena. Nigra atq; mortifera ut Lucullus q amatorio periit: ut Lucretius: qui amatorio poculo i furorem uersus propria se manu interfecit annũ agens qua dragesimum tertiũ. Autores Plinius & Eusebius. Dissidiũ uobis. Præsagit nõ diuturnũ fore amorẽ inter cynthiã & riualem: qui factus erat insolens & gloriabundꝰ. Dissidiũ accipit pro diuisione & sequestratione amatoria ut diuortiũ inter cõiuges noatur. Tibullus. Asper eras & bene dissidiũ me ferre loquebar. Nõ ætas mutabit tota sibyllæ. Se in amore cõstãtissimũ esse p̃fitet: adeo ut nulla ætate nullis laboribus: nec ipsa qdẽ morte mutari possit a cynthiæ amore. De ætate sibyllæ longeuæ dictũ est supra satis & sup. Non labor alcidæ, i. labores herculei. Alcides dr hercules ab alceo p̃re amphytrionis: ut autumat Seruius: uel ab alceo mõte: ut inquit Probus: si ue apotis alcis, i. fortitudĩe, Hercules ab hera: quã Iunonẽ intelligimus nũcupatus. Nõ niger ille dies. Elegãter dies mortis niger noiat: q̃ & ipsa nigra nuncupat. Tibullus. Abstineas auidas mors mõ nigra manus. & Hora. Nigros ignes rogales appellat. Certus eras ideſt firmus & stabilis in amore. Nec sanguine auito nobilis. i. nõ eras generosus & stẽmate maioꝝ longo conspicuus. Sãguinẽ auitũ accipe p̃ nobilitate auoꝝ. Auitꝰ ab auo deducit. Liui. Interuenit his cogitatiõibꝰ auitus malũ: regni cupido. Quãuis naui. di. eras. Propriũ ex familia nauitaꝝ fuisse fidẽ facere uꝝ iste uersiculus: & fortassis si ita legẽdũ eet nõ absurde hæc gẽs referri posset ad illũ nautẽ uirgilianũ: q in. v. æneidos doctrina palladis cõmẽdat: a quo familia nautioꝝ romæ fuisse ferẽt: q̃ Mineruæ sacra seruauit: & ferme oẽs istiꝰ uersiculi testimonio freti Propertiũ nautã fuisse crediderũt. Sed mẽdũ qđ inoleuit duaꝝ lr̃aꝝ iuersiõe sic est emendandũ: ut p̃ nauita corrigas nõ ita. duæ. n. dictiões p librariꝝ incuriã atq; insciaꝝ coagmẽtatæ fuerũt i unã dictionẽ: & ita error p̃pagatus p oẽs passim codices iã tollendꝰ ẽ: & poetæ uera hoc é sua reddẽda sniã: q̃ talis ẽ cynthia post obitum meũ: inqt poeta: dicet hæc uerba. Tu mihi o p̃perti eras certꝰ & uerꝰ amator: q̃uis nec stẽmate maioꝝ eẽs claꝝ: nec ita diues & opulentꝰ ut riualis est tuꝰ, ex quo oñdit fidem et cõstantiã in amatore pluris faciẽdã eẽ: q̃ opes: auorũq; nobilitatẽ. Phylida demo. Amor phylidis et demophoõtis Ouidii epistola notissimꝰ. Illud adde scitu dignũ q̃ arbor illa: ex q̃ phylis se suspẽdit: nũquã uirescit, ut scribit Pli. i. xvi.

Minoida. i. Ariadnã, expone ut supra. Hospes uterq;. Theseus et demophoõ pr̃ et filiꝰ. Iasonia, argo signat de q̃ iã dcm̃ est. Relicta, qm̃ Iason creusam duxit uxorẽ. Noli no. Dehortat cynthiã ab amore diuitum atq; nobiliũ: qm̃ tales multa recusant in amore: q̃ pauperes incunctantur: et strenue faceſſunt. Vnde dixit Tibullus. Pauper erit præsto, nam p̃sto pauper adibit, nec diuites uellent colligere ossa et cineres puellæ defunctæ: quod officium faciet pauper amator et ad mortem usq; fidus in amore perseuerabit, unde subiungit.

Ille tuus pennas: tam cito uertit amor.
Cõtẽdat mecũ ingenio: contendat & arte
Imprimis una discat amare domo.
Si libitũ tibi erit lernæas pugnet ad hidras
Et tibi ab hesperio mala dracone ferat.
Tetra uenena libens & naufragus ebibat
Et nũq̃ p̃ te deneget esse miser. (undas
Quos utinã in nobis uita expiare labores
Iam tibi de timidis iste p̃teruus erit.
Qui nũc se itumidũ iactãdo uẽit honorẽ
Dissidium uobis proximus annus erit.
At me non ætas mutabit tota sibyllæ:
Non labor alcidæ: non niger ille dies.
Tu mea cõpones & dices ossa properti
Hæc tua fũt: heu heu tu mihi certꝰ eras.
Certo eras heu heu: q̃uis nec sãguine auito
Nobilis: & q̃uis nauita diues eras.
Nil ego nõ patiar nunq̃ me iniuria mutat
Ferre ego formosam nullũ onus eẽ puto.
Credo ego non paucos ista perisse figura
Credo ego sed multos nõ habuisse fidẽ:
Paruo dilexit spacio mioida theseus (lus
Phyllida demophoõ: hospes uterq; ma/
Iam tibi iasonia nota est medea carina:
Et modo seruato sola relicta uiro.
Dura est q̃ multis simulatũ fingit amorẽ:
Et se plus uni si qua parare potest.
Noli nobilibus: noli conferre beatis.

Hi tibi nos eri. Ego ĩgt ero ille: q colligã oſſa tua: & cineres ĩ urnã ꝓponã. Mox ſeipm corrigẽs dicit ſe priꝰ uelle mori ut ſibi potiꝰa cynthia tale offm ꝓſtet q̃ ut ipe cynthiæ ꝓſtare cogaꝫ. Alia Elegia. Nica nata meo pulcherrima cura dolori. Cynthiã inuitat ut ad ſe ueniat cum ab illius foribus ſæpe excludaꝫ: dicitq; ſe in amore cynthiæ moriturum: & more amãtis poetæ per uarios ſenſus diſcurrit: eſt & altera interꝓtatio: ut intelligamus uerſus elegos a poeta ĩuitari ad leniendũ dolorem: quẽ patiꝫ frequenter excluſus a cynthia. Sũt. n. poemata medelæ ſollicitudinum & doloris lenimenta, unde ab Horatio camina dicũt frigida curaꝝ fomenta. Calue tua uenia. Quaſi oſtendere uelit ſe celebratiorem factuꝝ eſſe cynthiã ſuis carminibus: q̃ Caluus & Catullus amicas ſuas celebrauerint: & cũ iduideri poſſet inſolẽter dictũ adhibuit rẽperamẽtũ dicẽs cũ bona uenia utriuſq; ſe iſtud polliceri. Talis locutio eſt apud Gelliũ ita ſcribentem. cũ pace cũq; uenia iſtoꝝ: ſi qui ſunt: qui uerii flacci auctoritate capiunt: hoc dictuꝫ ſit. de caluo & Catullo infra dicẽt. Miles depoſitis annoſus. oñdit exemplis oẽs alios fere in ſenectute quieſcere & hꝛe ceſſationem a laboribꝰ ꝓter ſe: q nullo ſenio ab amore deducit. Milites ueterani habent militiæ uacationem & emeritis ſtipẽdiis honeſtã ab imperatore miſſionẽ cõſequũtur. qd etiã refert iuriſcõſultus digeſtis de his q notant infamia. Talis ergo miles ſecubat. i. ſeorſum cubat & ſequeſtratꝰ ab armis: q̃ iã depoſuit & laribus conſecrauit. Ouidius. Secubat in uacuo ſola puella thoro. Putris nauis. Naues uetuſtate putreſcẽtes & diuturna exercitatione q̃ſſatæ in naualia duci ſolẽt: ibiq; quieſcunt: qd tangit Ouidi. illo uerſu. In caua ducunt q̃ſſæ naualia puppes. & Luc. emeritis repetit naualibꝰ alnos. Bellica parma. Milites emeriti arma laribus dicabãt. Vnde ait Oui. Miles ut emeritis nõ ẽ ſatis utilis armis. Ponit ad antiquos q̃ tulit arma lares. Gladiatores donati rude poſt gladiatorias palmas arma herculi cõſecrabãt: ĩde ab Hora. dcm eſt. Veianus armis herculis ad poſtẽ fixis latet abditꝰ argo. Parma ſcutũ breue ẽ ut inquit Noni. Vnde illud a Martiale dictũ. Parma tibi ſcutum pulmonis erit. Parmæ diminutiuũ ẽ parmula: quo uſus ẽ Horatiꝰ Sẽſi relicta nõ bene parmula. Inde deriuaꝫ parmularius & accipiꝫ ꝑ gladiatore. Suetoniꝰ. Impie locutus parmulariꝰ. & apd Quintilia. ego inqt parmularius ſũ. Parma ergo bellica uetuſteſcẽs in tẽplo cõſecraꝫ ritu maioꝝ. & illic uacat. i. ocioſa ẽ. Lucanꝰ. Diripiũt ſacris affixa penatibus arma. Tithonus. hic diu uiuendo dr in cicadã cõuerſus ut ait acron. Et geme. in tau. ſæpe perille tuo. De tauro perilli luculente ſcribit Phalaris in epiſtola ad athenienſes. cuius initiuꝫ hoc eſt. Venit ad nos faber ueſter perillus. hit taurũ ex ære fecit: quo hoĩes incluſi igne ſubdito boues mugientes imitabant: quem cũ dono dediſſet phalaridi tyranno agrigentino: laudauit tyrãnus artificiũ: ſed artificem puniendũ eſſe duxit. & ita perillus primus eũ exptus eſt cruciatum lege iuſtiſſima. Nec enim lex iuſtior ulla eſt: Quã necis artifices arte perire ſua. ut inquit Oui. in primo de arte: qui in tertio triſtiũ hãc hiſtoriam eleganter enarrat. & Plini. in xxxiiii. ita ſcribit. Perillum nemo laudat ſeuiorem phalaride tyranno. Cui taurum fecit mugitus hoĩs pollicitus igne ſubdito. & primus eũ exptus eſt cruciatũ. Iuſtiore ſæuitia docet poeta amorem cynthiæ ſæuiorem eẽ crudelitate tyrãnica tormentiſq; phalaridis. & ita Toxilus plautinus in perſa ait ſe malle cũ leone: cũ excetra: cũ Anteo deluctari: q̃ cum amore. Gorgonis obdureſcere uultu. Nota eſt fabula gorgonis meduſæ cuius uultus ſpectatus hoĩes in ſaxa tranſformabat. Oui. & Luca. id copioſiſſime deſcribunt. Hãc interfecit Perſeus & eius abſciſſum caput Mineruæ donauit: qd illa geſtat in ægide. Vnde ait Vir. Aegidaq; horrificã turbatæ palladis arma. Scribit Diodo. in. iiii. Gorgonas fœminas fuiſſe in africa bellicoſas: aduerſus q̃s perſeus bellũ geſſerit: & eaꝝ reginã meduſam debellauerit. Poſtremo ab Hercule gẽs gorgonũ deleta fuit. Caucaſeas aues. Propter ꝓmetheũ cuius iecur opimũ in caucaſo aquilæ depaſcunt. de hoc ſupradiximus. Senſus eſt poetæ ſatius eſſe ſeruire tyrãno: ſicut Hercules ſeruiuit euryſtheo: & tereri in tauro phalaridis: & uerti in ſaxũ uiſa gorgone: & lancinari ab aquila inſtar ꝓmethei q̃ ſeruire amori: & mãcipari puellæ: q̃ dura & inexorabilis eſt cũ ſuus amor nunq; teraꝫ & mitigeꝫ. ſicut rubigine ferrũ cõteri ſolet: & ſilex a gutta ꝑforari. Teritur ſublimine. Sublimẽ noue dictu ꝓ elimatõe: & a lima fabrile ferramẽto deductũ ur: q̃ fabri elimãt & poliũt aſpera & ſcabra. In aliis codibꝰ legiꝫ ſub limine ut ſint duæ dictiones: & ſit ſenſus. Ferrũ rubigine cõteri. Silicẽ aq̃ cauari: ſuũ uero amorẽ minui poſſe nullo alio amore: nec ſe ſub limĩe & hoſtio alterius dominæ cynthiã poſſe obliuiſci: & erit ſenſus ductus ab illa catholica ſnĩa. Succeſſore nouo tolliꝫ oĩs amor. Potes accipe ſublimẽ ꝓ ſup

Vix uenit extrẽo q̃ legat oſſa die. (me
Hi tibi nos erimꝰ. ſed tu potius precor ut
Demiſſis plangas pectora nuda comis:

Ad amicam.

Nica nata meo pulcherrima cura dolori:
Excludit quoniam ſors mea ſæpe ueni. (ma libellis
Iſta meis fiet notiſſima foris
Calue tua uenia: pace catulle tua.
Miles depoſitis annoſus ſecubat armis:
Grãdeuiq; negant ducere aratra boues:
Putris & in uacua requieſcit nauis harena
Et uetus in templo bellica parma uacat:
At me ab amoꝛ tuo deducet nulla ſenectꝰ
Siue ego tithonus ſiue ego neſtor ero.
Nonne fuit ſatius duro ſeruire tyrãno
Et gemere in tauro ſæpe perille tuo.
Gorgonis & ſatius fuit obdureſcere uultu
Caucaſias etiam ſi pateremur aues.
Sed tamẽ obſiſtã: teritur rubigie mucro
Feruens: & paruo ſæpe liquore ſilex:
At nullo de me teritur ſublimine amor: q

bia tanꝙ a ſublimando deductũ: ut ſit ſenſus amorẽ ſuum nulla ſupbia nulloꝙ faſtu cynthiæ poſſe cõminui.

Læſus & cõtemptus. Scilicet amor meus neglectus a cynthia. Inuitis ipſe redit pedibus. Iuxta illud. Cũ bene iuraui pes tamen ipſe redit. & Hora. ait. Ferebar incerto pede ad non amicos mihi poſtes. Plini⁹ quoꝙ ad calphurniã uxorem ſcribẽs. inqt. Ad dictã tuã ipſi me ut ueriſſime dr̃ pedes ducunt. An qſq̃ in mediis. Metaphoricos oñdit nõ eẽ i amore fœminæ nimiũ gaudẽdũ cũ poſſis repẽte deſtitui. Trãſlatio ẽ ſũpta a nauiganti b⁹: q nõ añ uota ꝓſoluũt q̃ ſoſpites euaſerint cũ ẽt in ipo portu ſit naufragiũ metuẽdũ. Aut pri⁹ infecto cur ſu. Non ſolet auriga i curruli certamine pri⁹ poſcere ꝑmium: q̃legitimũ curſum cõſumauerit. Ita amator nõ gloriet tanꝙ uictor: niſi uſq; ad finẽ habuerit amorẽ ſcãm atq; fauẽtẽ. Septima ro. Agitatores in ludis circẽſib⁹ ſeptẽ ſpacia decurrebãt añq̃ brauium uictori tribueret. Hoc indicat Sueto. ſic ſcribẽs in Domitiano. Singulos miſſus a ſeptenis ſpatiis ad qna corripuit. Hoc ſignificat & Sene. in q̃dã ad Luciliũ epiſtola ſic loquẽs. Agitatoꝝ lætitia ẽ cũ ſeptimo ſpacio palmæ appropiquãt. Ad hoc alluſiſſe uidet Lactã. in. vii. inſtitutionũ qñ ſic inqt De curſis ꝓpoſiti opis ſeptẽ ſpatiis ad metam puecti ſum⁹. Et Hieronymus in hilarionis uita ſic ſcribit. Quadrigæ ſepteno currunt circuitu. & a Caſſiodoro traditum ẽ q; eq circũ ſeptẽ metas incitabant. Metæ erãt in circo: circũ q̃s eq currebãt ut ait Varro. Antiquitus fuerunt ligneæ. Claudius auratas metas iſtituit. Autor Trãquil. In tacito cohibe gaudia. Hoc idẽ ꝓcipit Tib. illo uerſu. Qui ſapit in tacito gaudeat ille ſinu. & ut inqt Oui. Cytherea iubet ſua ſacra taceri. Inuidiã q; hẽt. Catholica ſnia: q̃ oſtẽdit illud diu durare nõ poſſe: q; ẽ obnoxiũ inuidiæ q̃ ſæpe magna ſubuertit. Et ſi ſæcla ſo. Sæculo ſuo & ætati ĩputat mores puellaꝝ corruptos. Huic conuenit illa elegãs apud Cor. tacitũ ſnia: ſcribẽtẽ de germaniſ ait eni. Illic nemo uitia ſua ridet: nec corrũpere & corrumpi ſæculũ uocat. At uos q officia in mul. Sermo cõuertit in illos q plures habent amicas: quos docet matori dolore cruciari: q̃ ſi unica cõtẽti forẽt: ſicut ipm eẽ ſe dicit cũ una fœmina ſatis ſupq; ſit ad amãtẽ pdẽdũ: & uitã erũnoſam faciẽdũ. ſic. ſ. plures puellas amãdo. Dul eis uterq; co. Cãdid⁹. ſ. & fuſcus. Dixit. n. Oui. Eſt ẽt in fuſco grata colore uen⁹. Argiua figura. i. q̃les fuerunt heroides argiuæ: de qb⁹ ſupra memorauim⁹ uel de habitu ueſtituq; græcanico dcm̃ accipe. Sãdicis ami. Sandix apud Virgi. ſignificat herbã illo uerſu. Spõte ſua ſãdix paſcẽtes ueſtiget agnos. Sãdix apd Pli. eſt color flãmeus ex rubrica & ſandaraca fictiti⁹. Hic accipiẽ ꝓ colore ſiue flãmeo: ſiue herbaceo: qm̃ ut ait Seruí⁹: a ſandice herba deducit color ſandicin⁹. Sẽſus ẽ poetæ. Fœminã uulnerare ꝓcordia amatoris: ſiue ſit græca: ſiue rõana: ſiue plebia: ſiue patritia: ſiue iduta ueſtimẽtis uiliorib⁹: ſiue ꝓcioſtorib⁹ exornata. Sãdix uero herba ẽ: q̃ in olere ſilueſtri a græcis ponit: ut tradit Eraſiſtratus. Portet iſomnia. Quoniam: ut inqt Maro. fingunt ſibi ſomnia amantes: & q̃ uigilãtes cogitamus: ea nobis dormientibus obſeruant iuxta illud Claudiãi. Oĩa q̃ ſenſu uoluũtur uota diurno. Tempore nocturno redit amica quies. De generibus inſomnioꝝ lege Macrobium in primo ĩ ſomniũ ſcipionis. Vna ſit. Cum ſatis curaꝝ ſatiſq; dolorum ex uni⁹ puellæ amore proueniat: tanto magis torquebimur ſi plures amabimus. Alia Elegia.

Reſtat: & immerita ſuſtinet aure minaſ.
Vltro cõtẽptus rogat & peccaſſe fatetur:
Læſus & inuitis ipſe redit pedibus.
Tu quoq; qui pleno faſtus aſſumis amor̃
Credule nulla diu fœmina pondus hẽt.
An q̃ſquã in mediis ꝓſoluit uota procellis
Cum ſæpe in portu fracta carina natet?
Aut prius infecto depoſcit præmia curſu:
Septima quã metã triuerit ante rota.
Mendaces ludunt flatus in amore ſecũdi:
Sí qua uenit ſero magna ruina uenit.
Tu tamen interea quãuis te diligat illa:
In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu.
Nãq; i amore ſuo ſemp ſua maxima cuiq;
Neſcio quo pacto uerba nocere ſolent.
Q uãuis te pſæpe uocet ſemel ire memẽto
Inuidiam quod habet non ſolet eſſe diu.
Et ſi ſæcla forent antiquis grata puellis:
Eſſem ego qd̃ nũc tu: tu tpe uincor ego.
Nõ tñ iſta meos mutabunt ſæcula mores
Vnuſquiſq; ſua nouerit ire uia.
At uos q officia i multos reuocatis amores
Q uantũ ſic cruciat lumina ueſtra dolor
Vidiſtis pleno teneram candore puellam
Vidiſtis fuſco: dulcis uterq; color.
Vidiſtis quandã argiua prodire figura
Vidiſtis noſtras utraq; forma rapit:
Illaq; plebeio uel ſit ſandicis amictu.
Hæc atq; illa malí uulneris una uia eſt.
Cum ſatis una tuis iſomnia portet ocellis
Vna ſit & cuiuis fœmina multa mala.

Somnium de Amica.

Idí te i ſõnis fracta mea uita caría.
Ionio laſſas ducere rore manus.
Et quæcũq; in me fueras mentita fateri
Nec iã hũore graues tollere poſſe comas
Q ualẽ purpureis agitatã fluctib⁹ heleny



Idi te in ſomnis fracta mea uita carina. Sõnium deſcribit: quo per quietem uiderat. Cynthiam naufragio periclitari. Ionio rore. Pro ionio mari dictũ accipe: quod adriaco connexum eſt: & ab Ionio dyrrhachi filio nomen accepit quem interfectum Hercules in mare præcipitauit. Autor Appianus. Vel ab ione puella dictum eſt: ut autumat Solinus. Nec tollere comas. Repetendum eſt uerbum uidi. Comæ autem aqua madefactæ: & humore ꝓgnantes degrauant

naufragantem. Aurea quam molli. Phrixus & helle fugientes ōdia nouercalia arietem habentem auream pellem conſcenderunt. & q̄ lōgiſſime diſcedentes puenerūt ad helleſpōtū: ubi lapſa helle concidit in undas & mari nomen impoſuit ut ſupra narrauimus. Phrixus puenit in colchicā regionem: & arietis pellem auream fixit in templo. Ipſe uero aries a Ioue inter ſidera cōſtitut⁹ eſt. Lege Higinū & Diodor⁹ multa uariaq; ſcriptitantes ſup Ariete phrixi. Purpureis flu. Mare mō ceruleū é mō atrū: mō purpureū. Vnde dixit Maro. In mare purpureum uiolentior influit amnis. De colorib⁹ maris ſcribit Cicero in Lucullo. Tuū mare nomen. Ne .ſ. ita mare cynthiacum a cynthia ſubmerſa diceretur ut helleſpontus nuncupat̄ ab helle. Labens nauita. i. currēs & nauigās. Cū caſtore fratri. i. caſtoribus uota feci: quæ ſūt ſtellæ benignæ nauigātib⁹. Repete q̄ dicta ſunt in primo cōmentario de caſtorib⁹. Iā dea leucothoe. Cū olim mortalis fuerit leucothoe: deinde facta ſit dea maris: iō ait. iam dea. alii codices habent tū dea: ut dicat illo tēpuſculo & momento tūc uota facere uidebar dīis marinis p̄ ſalute cynthiæ. Leucothoa aūt dea eſt marina a latinis matuta nuncupata: ut ait Oui. Leucothee graiis matuta uocabere nr̄is. Hoc idem ſcribit Cicero in tuſculanis qō nibus. Hæc ut poetæ fabulant̄ filia fuit Cadmi uoīe Ino uxor athamātis: q̄ cū marito furorib⁹ furialib⁹ agitata ē immiſſis a Iunone: q̄ filiū melicertā ferens ſcopulū conſcendit: ex quo ſe una cū filio p̄cipitē miſit. Ipa facta eſt dea leucothea: & matuta noīata. fili⁹ importunum deū cōmutatus eſt: qui alio noīe dr̄ palemō. fabulam ſcribit Oui. i. iiii. metamorphoſeos. Matutin⁹ a matuta deducitur & tunc aurorā ſignificat ut docet Priſcia. Glaucus ocellos. glaucus deus eſt marinus ex piſcatore cōuerſus in deū gramine guſtato. fabula nota apud Ouidi. in .xiii. fuit alter glaucus diſcerptus ab equabus: cuius meminit Vir. in georgicis. fuit & tertius glaucus melle ſtrā gulatus. glaucus color dr̄ uiridis ut docet Gel. & Miner uā Homer⁹ nominitat glaucopin ab oculis glaucis. alio noīe ceſii dicuntur. ſi glaucus inqt te uidiſſet: te adamaſſet: & deā maris effeciſſet. Alludit ad amorē glauci: qui amauit ſcyllā ardentiſſime. Nereides increpitarent. i. nymphæ maris cōuiciis & dictis cōtumelioſis te inceſſerent inuidentes tuæ fœlicitati. Nereidū falſa opinio nō eſt: q̄ humanā effigiem hāt: ſi credimus Plinio: qui ſcribit in. ix. legatū galliæ Diuo auguſto ſcripſiſſe cōplures nereidas appere exanimes in littore gallian⁹. Nyſee & cymothoe. noīa ſunt nereidū: quar⁹ meminit Home. in xviii. Illiados. Vir. in primo æneidos noīat cymothoen in georgicis niſeen. Arioniā uexerat aſi lyrā. res nota eſt monumentis Herodoti: Plinii Solini: & Oui. de fidicine arione puecto a delphino. ſed in primis Gel. caput fecit luculentiſſime ſcriptū ſup hac hiſtoria q̄ dr̄ eſt in calce qntidecimi libri. fuit arion arte citharedica inclitus: & pp eam grādi pecunia copioſus: cum ex Italia corinthum nauigaret a nautis pecuniæ illius inhiantibus iuſſus eſt in mare p̄ceps deſilere: qui impetrato ut ſibi liceret canere carmen cōſolabile uoce ſublatiſſima cātauit: mox iecit ſeſe p̄cul in p̄fundū: tū ab uno delphinū exceptus quos audiendæ cantilenæ auiditas congregauerat. in tenar⁹ ſoſpes & incolumis deductus eſt. Strabo a ſuperioribus diſſentiens dicit hoc eſſe fabuloſum: aſſeritq; arionem fuiſſe interemptum. Propertius ſequitur famā uulgatiorē. Talia uiſa. ideſt met⁹ excuſſit talia ſomnia. Nō ſi cambyſæ redeāt. adeo inqt amat me cynthia ut nec opibus perſicis: nec auro lydio corrumpi poſſit: ut me expellat: & excludat. Cambyſes fuit rex perſarum opulentiſſimus: qui imperio patris cyri ægyptū adiecit: q̄ graſſatus eſt in deos: qui fratricidio ſe cōmaculauit: qui ueſania agitatus ſemet in fœmore uulnerauit: ex quo uulnere mors eſt ſecuta. de cambyſe multa ſcribunt Iuſtinus: & Herodotus. A ſeneca appellatur uinolentus uiolentus & cruentus cambyſes. Flumina croeſi. ſupradictum eſt in lydia fuiſſe fluuios ramenta aurea: & arenā auream deferentes: quales erant pactolus. et herinus. in lydia regnauit croeſus: cuius diuitiæ adeo inſignes fuerūt: ut dicat̄ a poetis uertiſſe in aurum quicquid corpore contigerat. ſcribit Strabo in. xiiii. opes croeſi prouenieſſe a metallis auri quæ fuerūt in lydia.

Se odiſſe beatos: cynthia dū legit mea carmina diuitias diuiteſq; floccipēdit: quos beatoſ appellat: quoniā ut ſcribit iuriſconſultus bona ex eo dicuntur: quod beāt hoc eſt quod beatos faciunt. Multa et amare. pro multas puellas dcm̄ ē. Seu mare. nullū ſe incōmodum: nullūq; piculum recuſatur⁹ eſſe teſtat̄ cynthiæ cā.

Aurea quā molli tergore uexit ouis.
Q uā timuit ne forte tuū mare nomē hret
Atq; tua labens nauita fleret aqua:
Q uæ tū ego neptūo: q̄ tū cū caſtore frī ·
Q uæq; tibi excepi tum dea leucothoe:
At tu uix primas extollēs gurgite palmas
Sæpe meū nomen iam petitura uocas:
Q d̄ ſi forte tuos uidiſſet glaucus ocellos
Eſſes ionii facta puella maris:
Et tibi ob inuidiā nereides increpitarent
Candida niſee: cerula cymothoe.
Sed tibi ſubſidio delphinum currere uidi
Q ui puto arioniā uexerat ante lyram.
Iamq; ego conabar ſūmo me mittere ſaxo
Cum mihi diſcuſſit talia uiſa metus.
Nūc admirent̄ qd tā mihi pulchra puella
Seruiat. & tota dicar in urbe potens.
Nō ſi cambyſæ redeant: & flumina croeſi
Dicat de noſtro ſurge poeta toro.
Nam mea cū recitat dicit ſe odiſſe beatos
Carmina tam ſancte nulla puella colit:
Multū i amore fides multū oſtātia ꝓdeſt
Q ui dare multa pōt multa & amare pt:
Seu mare p lōgū mea cogitet ire puella
Hāc ſequar: & fidos una aget aura duos
V num littus erit ſopitis: unaq; tecto
Arbor. & ex una ſæpe bibemus aqua:
Et tabula una duos poterit ꝩpōere amātes
Prora cubile mihi ſeu mihi puppis erit.

Tum mihi. Ideſt in ſenectute philoſophari uolo: & rerum cauſas: quas phyſice docet inqrere. in hāc ſnīam eſt illud egregie dictum a ſeneca. ſenex mundū circuire conſtitui: & cauſas ſecretaq; eius eruere: atq; aliis noſcēda producere. Quis deus hanc. Philoſophia naturalis iſta ſcrutatur: de qua cum loqueretur ſeneca in queſtionibus: ita ſcripſit. Naturæ rerum gratias ago: cum ſecretiora eius intraui: cum diſco quæ uniuerſi materia ſit. quis autor ſit. aut cuſtos. quid ſit deus. An totus in ſe intēdat. An & ad nos aliquando reſpiciat. faciat quotidie aliquid. an ſemel fecerit. Pars mundi ſit: an mūdus. Hactenus ſeneca. hæc ſtudia ſe diſcere uelle in ſenecta poeta pollicetur. quærere an diuina prouidentia mundus regatur. Plinius exiſtimat ſolem eſſe mūdi rectorē & principale naturæ regimen ac numen. Plato in thimeo deum ultramundanum opificem rerum inuenire ait eſſe difficile: intellexiſſe uero impoſſibile. hæc autem ætati maturæ ſtudia ſeuera conueniunt. iuuenes amatoria non dedecent. Qua uenit. Luna per totam ſigniferi latitudinem uagatur. nunc in Aquilonem elata: nūc in auſtros deiecta: & ut inquit higinus. Lunam a ſole per alios ortus: occaſuſq; neceſſe eſt moueri non ſtare.

Vnde coactis cornibus. Diſcam inquit cauſas: quibus luna modo ſinuatur in cornua: modo accipit incrementa a ſole diſcedens: modo decrementa ſoli accedens: modo ore pleno eſt luminoſa: quæ omnia primus deprehendit endymion: ut ſupra diximus. Menſtrua dicitur luna: quoniam mēſis ſpatio cæli ambitum luſtrat: & menſis lunæ annus eſt. & a luna dicitur: quia græco nomine luna mene uocatur: ut docet Macrobius. Exiſtimat Cicero dictos eſſe menſes a lunæ curſibus qui menſa ſpacia conficiunt. a lucendo autem dicta eſt luna. Virgilius. Quid menſtrua luna moneret. Præcipit Plinius luna inter menſtrua dimidiaque eſſe ſtercorandum Inter lunium dicimus & lunam ſilentem: quando eſt in coitu. unde ait Cato. Luna ſilenti ſtercus euehito.

Vnde ſalo ſuperant uenti. Scribit Ariſtoteles in primo metheororum uentum eē aera fluentem. & hoc idē Seneca in tertio queſtionum: qui exiſtimat cauſam uēti eſſe aquarum terrarumque uaporationes: & quidam dixerunt unum uentum omnes eſſe uentos: quoniam aer motus unus eſt. & idem omnium ex anhelitu ter-

ræ uẽtos quoq; gigni nõ negat Plinius: qui etiam ex aquis aera ſpirãtibus naſci dicuntur. unde & Ariſtoteles in problematibus quærit, cur uenti de mari ſpirare ſoleãt? ergo dicit poeta ſe ueſtigaturũ in ſenecta originẽ uẽtorum: & unde in mari diu durent. & quæ ſit euri natura: quo ab oriente flante aer obſcurior redditur & caliginoſior, ex quo euro ſpirãte omnia maiora uideri credit Ariſtoteles. In nubes unde perẽnis aqua. Nubes ex aere coacto in liquorem gigni tradũt phyſici ſcriptores, uñ ẽ illud Virgilianũ. Atq; in nubes cogit aer, alii e liquore egreſſo in ſublime nubes fieri conſueuerũt: quaꝝ dẽſitates cũ intra ſe urgẽtur: hymber exprimitur, ut ait apuleius in coſmographia. Ariſtoteles quoq; ĩ meteoris inquit, euaporationẽ que fit ex aere ĩ aquam eẽ nubẽ quæ ꝓpter uirtutẽ caloris eleuata in ſublime: mox propter refrigerationẽ defertur ĩ terrã: & hæ pluuia uocatur, & cũ ſemp fiant huiuſcemodi euaporationes neceſſum ẽ aquam quoq; in nubibus eẽ perẽnem: & ſemper nubes fœtu aquarum grauidari. Sit uẽtura dies mũdi. Scribit Ariſtoteles ĩ libris de cœlo & mũdo, mundũ neq; genitũ eẽ: neq; unq̃ interituꝝ, cui aſtipulat Pli. in principio naturalis hiſtoriæ. Plato uero mũdũ natũ eſſe tradit: ſed fore ſemper affirmat, eccleſiaſtici aũt & factũ a deo mundũ aſſerũt: & incẽdio cõflagraturũ: qui deide in meli⁹ innouabit. & fiet cœlũ nouũ & terra noua, ut ait Ioannes in apocalypſi. & Auguſtinus in. xx. de ciuitate dei. Chriſtianum dogma confirmat Seneca: qui in libro de cõſolatione ad martiam ſic ſcribit. Tempus aduenit: quo ſe mundus renouaturus extinguat: & omni flagrante materia uno igne quicquid nunc ex diſpoſito lucet ardebit. & Lucanus patruum ſequutus ait, Cõmunis mũdo ſupereſt rogus oſſibus aſtra Miſturus. carmen quoq; illud ſybillæ erithræ accõmodatum eſt huic ſententiæ: quod tale eſt. Exuret terras ignis põtumq; polumque. & a Lucretio dictum eſt. Ruet moles & machina mũdi. Purpureus pluuias. Archus cæleſtis: qui dicit hyris fit ex radio ſolis ĩmiſſo concauæ nubi: colorumq; uarietas efficitur ex miſtura nubium aeris & igniũ. non fiũt arcus niſi ſole aduerſo: nec niſi nubilo, autores Plinius: Seneca: & Ariſtoteles, cauſa arcus cœleſtis é ſol & nubes, fit frequenter in bruma: hoc eſt breuiſſimis anni diebus. Aut cur perrhebi. Cauſam motus terræ alii in aqua eſſe, alii in ignibus, alii in ſpiritu putauerunt, nec adhuc inter phyſicas philoſophias ſatis cõſtat lõga eſt apud Senecam ĩ quæſtionibus de terræmotibus: & erudita narratio. Plinius cauſam tremoris terræ retur eſſe uentos: qui in cauernas terræ: ac uenas conditi deferuntur, & exitum quærẽtes cuncta cõcutiunt. lege Lucretium. qui in ſexto multa facundiſſime ſcribit de motu terrarum. Sed quæritur cur poeta ſpecialiter tremorem pindi nominauerit. ſcito non temere hoc dictum: ſed ingenioſe a poeta cõſcio hiſtoriarum. in quib⁹ traditur ꝙ olim theſſalia terræ motibus concuſſa eſt & montes abſciſſi: qui prius erant inter ſe cohærentes: inter quos eſt pindus uergens ad meridem. theſſali memorant hoc a neptuno eſſe factitatum haud abſurde ſententes: multi enim arbitrãtur neptunum quatere terram, unde a græcis cognominatur ennoſigeus: & ſiſichthon quaſi telluriquaſſonem dicas & tellurimotonem. hiſtoriam tremoris theſſalici refert herodotus ĩ polymnia, cuius meminit & Strabo in. ix. Pindum uocat perrhebum a perrhebis theſſaliæ populis: qui lapitharũ potẽtia fracti Profugerũt in loca montana uicina mõti pido. Solis & atratis. Defectus ſolis ſiue ecclypſis efficit lunæ interuentu: quæ ſuo iterpoſitu radios ſolis aufert terræ. tunc equi ipſius ſolis atrati hoc eſt obſcuri fieri poetice dicuntur: & ſignare uidetur phaetontis incendium carminibus poetarum fabuloſum: teſtimõio Platonis quodammodo uerum exiſtimandum. nanq; ut ille ſcribit diuinitus in timæo, fit longo temporum interuallo cæleſtis circuitus permutatio quædam quam inflammationis uaſtitas neceſſario ſequitur. de qua luculenta eſt narratio apud Macrobium. & hoc etiam ſentit Lucretius libro quinto de rerum natura. attratum uocamus indutum ueſtes nigri coloris. Scribit Cicero. Neminem unq̃ attratum hoc eſt cum toga pulla in cõuiuio accubuiſſe. ex quo uehementi obiurgatione inceſſit uatiniũ q epulo. O. Arii atratus cœnauerat. Cur ſerus. Dictum eſt ſupra de Boote: ſiue arcto phylace: qui eſt in circulo ſeptẽtrionali: & piger actardus dicit ratione motus: & ſperæ ut ſupra docuimus. uelox dicitur a Lucano bootes ratione orizontis carmanorum populorum. Chorus pleiadum. Septem ſunt pleiades: ſiue Vergiliæ in tauro collocatæ: quarum ſex fulgent: ſeptima obſcurata eſt, cauſam refert Higinus: quia. ſ. illa nupſit mortali, cum cæteræ ſorores concubuerint cũ diis immortalibus. & propterea coeunt hoc eſt coadunatur in cœlo: & inter ſtellas: qui ſunt externi ignes collucent. Cur ue ſuos. Supra memorauimus cur maria non creſcant acceſſu tot fluuioꝝ: quia. ſ. qcqd influxit: non in ſuum uertunt: ſed protinus reddunt. occulto enim itinere ſubit terras. præterea ut ſcribit Lucretius in ſexto. Sol magnam partem detrahit æſtu: tum porro uenti magnam quoq; tollere parte humoris poſſunt nubes quoq; tollere poſſunt humorem magno conceptum ex æquore ponti. poteſt hoc etiam a poeta dici ꝓpter maris æſtus accedẽtes: & reciprocantes: qui cum lunaribus curſibus intumeſcentes intra uicenas & quaternas horas bis affluũt biſq; remeant. præterea aquæ impetum ſumunt atq; tumeſcunt: cum illas agit flatus quo ſubtracto conſidunt: atq; langueſcunt: inde a Virgilio dictum eſt. qua ut maria alta tumeſcant. Plen⁹ & in partes. Curſus ſolis cauſa eſt anni uarietatis: qui uices temporum: annumq; renaſcentem ex uſu naturæ temperat: ut ſcribit Plinius. Curſus annalis autore Varrone diuiſus eſt ĩ quatuor partes totus, idem ſubtilius in octo ſexquimenſes diuiditur. iuriſconſulti annum ĩ æſtatem & hyemem ſolummodo diuiſerunt. ægyptii

Eurus: & in nubes unde perẽnis aqua:
Sit uentura dies mũdi quæ ſubruat arces
Purpureus pluuias cur bibit arc⁹ aquas
Aut cur prhebi tremuere cacumina pídi:
Solis & atratis luxerit orbis equis:
Cur ſer⁹ uerſare boues & plauſtra bootes
Pleiadum ſpiſſo cur coit igne corus:
Cur ue ſuos fines altũ non exeat æquor:
Plenus & in partes quattuor annus eat:

tria ăni tempora eſſe dixerũt. Hyemem: uer. & æſtatem, ide Mercurius lyram trium cordarũ reperiſſe fertur.

Sub terris ſint iura. Inqrã inqt an ulli ſint iferi: quos eẽ negat Plinius: quos eẽ cõfiteť Auguſti. ſed quo ſi loco ſint neminẽ ſcire arbitrať. iquirã an apud inferos ſint pluto: & ꝓſerpina. ſin iudices minos. eacus: & rhadamãtus: qui iura defunctis dicere dicũtur. diſcã etiã: an gigãtes illic torqueantur: an uera ſint: quæ de furia Ctiſiphone dicũtur: & cætera figmẽta poetica ſe ueſtigaturꝰ duce philoſophia pollicet. fuerãt. n. philoſophi q pœnas oĩs iferorꝰ in corporibꝰ nris eẽ aſſeuerarẽt: & quæ illic eẽ credidit fabuloſa ꝓſuaſio ĩ nobis metipis aſſignare conarent. ex quibus unus eſt lucretius. cuius ẽ ille de iferis uerſus. Qui neq; ſunt uſq; neq; poſſunt eẽ ꝓfecto. Alcmeoniæ furiæ. Alcmeon furiis agitatus ob interfectã matrẽ eriphylen purgatus eſt ab acheloo. uñ ait Oui. Amphiaraides naupacteo acheloo ſolue nefas dixit ſoluit & ille nefas. furias uocat poeta alcmeonias: q̃ uexarunt alcmeonẽ mficidã: q̃ facibus ardẽtibꝰ: ut tragici poete ſcribũt: ĩpios nefarioſq; agitãt: atq; pterrẽt. Cice. in oſone ꝓ roſcio amerino tedas ardẽtes furiarꝰ qbus ſcelerati agitari dicunt a poetis: nihi aliud ſignificare dmõſtrat q̃ malas cogitatiões & fraudes & ſcelera hæc. n. ſũt inqt impiis aſſiduæ domeſticæq; furiæ: quæ dies noctes q; parentũ pœnas a cõſcelaratiſſimis filiis repetant. Ieiunia phinei. Nota eſt fabula harpiarꝰ carminibus Vir. & Valerii flacci. hæc cibos epulãti phineo eripiebãt cuncta uẽtris ꝓluuie fœdãtes. tandẽ fugate fuerũt ad ſtrophas ĩſulas ab argonautis. iõ ieiunia phinei dicit: qa ieiuna re cogebať ablatis ꝓ Harpias cibariis. inqrã inquit an ẽt apud inferos alcmeon furiis maternis agitet: an phineus illic quoq; ieiunet ſecũdũ illorꝰ opinionẽ: q dixerũt apd iferos eaſdẽ exerceri res. q̃s uiui exercuerunt. Nõ rota. Propter ixionẽ: q apud iferos ĩ rota uerſať. Nũ ſcopuli. Propter ſiſyphũ: q aſſiduo iefficaciq; conatu ſaxũ uoluit. Num ſitis. Propter tantalũ in mediis undis ſitiẽtẽ.

Tribus faucibus. Dicit apud iferos eẽ cerberꝰ triceps & trifauci ſonare latratu. Tityo iugera. Tityus ꝓ nouẽ iugera porrectus apud inferos torquet uulturibus iecur exedẽtibꝰ ut ſupradictũ eſt. iugeri meſura ducẽtos & q̃draginta pedes habet in lõgitudine: dimidiũ ĩ latitudie ut ſcribit Quiti. & docet Pli. An ficta fabula. Perdiſcã inqt uera ne an fabuloſa ſint: quæ de iferis traduntur: in q̃ ſniam ita ſcribit Seneca in libro de cõſolatõe ad martiã. cogita nullũ defunctũ malis affici. illa quæ nobis iferos faciũt fabula ẽ: nullas iminere mortuis tenebras: nec carcerẽ: nec flumina flagrãtia igne: nec obliuiõis amnẽ: nec tribunalia: & reos: luſerũt iſta poetæ & uanis nos agitauere terroribus. mors oĩum doloꝝ & ſolutio ẽ & finis. Cicero quoq; ĩ oratõe pro cluẽtio falſa eſſe affirmat quæ de ſuppliciis iferorum poetæ finxerũt. Exitus hic uitæ. Volo ĩquit ſeneſcere: & mori in ĩueſtigatiõe reꝝ naturaliũ: quæ nõ ſunt ꝓmiſcuæ: nec oĩbus patẽt: ſed clauſæ ſunt: & recõdite in ĩteriore ſacrario. Quibus arma ſunt cordi: & res militaris placet: illi inquit bella capeſſant aduerſus partos: & illis profligatis romam referãt ſigna craſſorum: quæ olim romanis parthus ademerat: quæ deinde Auguſto reſtituit.

Sub terris ſint iura deũ & tormẽta gigãtũ
Ctiſphones atro ſi furit angue caput.
Aut alcmeoniæ furiæ: aut ieiunia phinei
Nũ rota: num ſcopuli: nũ ſitis ĩter aq̃s:
Nũ tribꝰ ifernũ cuſtodit faucibus antrũ
Cerberus: er tityo iugera pauca nouem:
An ficta ĩ miſeras deſcendit fabula gẽtes
Et timor aut ultra quã rogus eſſe poteſt:
Exito hic uitæ ſupeſt mihi: uos qbo arma
Grata magis craſſi ſigna referte domum

Ad lygdamum.



Ic mihi de noſtra quæ ſentis uera puella
Sic tibi ſint dominæ lygdame dempta iuga.
Dũ me lætitia tumefactum fallis inani
Hæc referẽs q̃ me credere uelle putas.
Omnis enim debet ſine uano nũcius eſſe
Maioremq; timens ſeruus habere fidem
Nũc mihi ſi q̃ tenes ab origie dicere pria
Incipe: ſuſpenſis auribus iſta bibam.
Sicut eã incomptis uidiſti flere capillis
Illius ex oculis multa cadebat aqua.
Nec ſpeculũ ſtrato uidiſti lygdame lecto
Ornabat niueas nulla ue gẽma manus.
Ac mœſtã teneris ueſtẽ pendere lacertis:
Scriniaq; ad lecti clauſa iacere pedes.

Alia Elegia.



Ic mihi de domina quæ ſentis uera puella. Lygdamũ alloqtur ſeruũ: eũq; hortať: ut ſibi ocia renũciet: quæ de cynthia audiuerat & uiderat: ſed qa ſeruí: ceteriq; id genus aſſentatores eẽ conſueuerũt: & placẽdi cã fingere mẽdacia: petit ut citra oẽm narret uanitatẽ. Principiũ elegiæ ſatis apertũ & uix egẽs iterpretatiõis. Sine uano. Sine mẽdatio: & uanitate. ſnia catholica eſt: qua docet nũcios debere eẽ ueridicos: nõ aũt uanidicos: ꝓut multi & potiſſimũ ſerui eſſe conſueuerũt. Sicut eã in comptis. Petit a lygdamo: ut ſibi ueraciter narret quo habitu uiderit cynthiã: & nũqd illa præ mœrore capillos incõptos habuerit: nũquid ubertim lachrymauerit: an ad ſpeculũ. ſe exornauerit: an gẽmis digitos cõdecorauerit. Mulier. n. quæ ex aĩo meſta eſt: id genus ornamẽta nõ curat. Speculum. Scribit Seneca iuentũ fuiſſe ſpeculũ: ut homo ipſe ſe noſceret: ut deformis ĩ ſpeculo ſciret redimendũ eẽ uirtutibus: qcqd corpori deeſſet. Apuleius in apologia egregiæ refert nullã imaginẽ tãta fide ſimilitudinẽ repreſentare: q̃ta ſpeculum: in quo uiſiť imago ut ſimilis ita nobilis. facere dixit Plautus ĩ muſtellaria. nil opus eſſe ſpeculo formoſæ mulieri: cum ipſa ſpeculo ſpeculũ ſit maximũ. ſpecula optima apud priſcos fiebant Brunduſina ſta-

gno: & ære mixtis: ut autor eſt Plinius in. xxxiii. qui ſcribit prælata fuiſſe argentea primumq; feciſſe praxitelem magni Pompei ætate. hinc de ſpeculo argenteo iocus exiit ille plautinus: ut ſpeculum tenuiſti, metuo ne oleant argentum manus. Triſtis erat. Ait lygdamus non ſolum Cynthiam mœſtam ſed totam domum triſtitia fuiſſe implicatam ex irati poetæ deſiderio. Nebat & ipſa. Lanificium conuenit pudice matronæ. unde Liuius pro ſigno probitatis accipi uult Lucretiam fuiſſe inuentam a marito iuuenibuſq; Tarquiniis intentã lanæ inter lucubrantes ancillas. & Diuus Hieronymus inſtituẽs Virginem demetr adem. Habeto inquit lanã ſemper in manib⁹: uel ſtaminis police fila deducito, uel ad torquenda ſubtegmina in alueolis fuſa uertãtur. alia rumq; neta aut in globum collige: aut texenda compone. Hæc te. Verba cynthiæ habita cum lygdamo. ex cuius perſona nunc a ſeruo referuntur. Illa poteſt. legendum ẽ ille: non illa: & miſeram: nõ miſerum. & ſolam: non ſolum. ſcito enim hæc eſſe uerba: quæ dicit lygdamus ſe audiſſe de cynthia: quæ ita cõquerebatur de Propertio. Ille. ſ. Propertius poteſt me ulla mea culpa deſerere: & ſolam gaudet me tabeſcere & macerari. cum ſit uenuſticiis pellectus ad amorem alterius puellæ. hic eſt ſenſus uerus qui cum nõ participeretur a litteratorib⁹: fuit cauſa: ut uerba inuerterentur. Si placet inſultet. Verba cynthiæ ad ipſum lygdamum incuſantis poetæ perfidiam. inſultet expone ut ſupra: illudat & aliquid dicat iniurioſius, uel quod magis placet inſiliat & letetur. qm̃ ex gaudio inſilire & ſolo inſultare ſolemus. Non me moribus illa: ait cynthia ſe nõ moribus aut forma ſuperari a pellice: ſed ueneficiis: & incantamentis: qb⁹ illa Proper. attraxerat ad amorẽ. illa ergo exponat̃ non cynthia: ſed pellex cynthiæ. Stamina rõbi. ideſt inſtrumẽto magico: q d'ẽ ex ſtamine liciiſq; cõfectũ ducit̃ & trahit̃. Ille. ſ. Proper. quocũq; libuit ueneficæ. de rõbo ſupra ſatis & ſup dictũ é. Illũ rubetæ. Ranæ: q̃ rubetæ dicunt̃ & rubetæ: ſũt refertæ uenenis: de qb⁹ mira certatim tradũt autores. & hoc ĩprimis: officulũ ſẽ ĩ ſiniſtro rubetæ lateræ: quo addito ĩ potionẽ amor cõcitet̃: & adalligato uenus ſtimulet̃. ait ergo cynthia poetã trahi ueneficiis rubetæ ranæ q̃ turgẽs ẽ utpote plena ueneficioꝝ. & quoniã ſcribit Pli. has ranas grãdiſſimas eẽ cũctaꝝ. Iuuenalis. Miſcet ſitiẽte rubetã. Oſſa anguib⁹. Anguis æſculapio dicatus é: qa ei ineſſe remedia multa dicunt̃ ut ait Pli. qui refert dẽtẽ ſpõ dylũue draconis illigatũ pelle capreaꝝ ceruinis neruis ꝓſtare dominos mites: & poteſtates exorabiles. Et ſtrigis inuẽtæ. Striges aues ſunt: q̃ ubera infantiũ labris ĩmulgẽt. ut ait Pli. & teſtat̃ ſerenus. Quarũ formã deſcribit Ouí. in faſtis. Strigẽ ĩ maledictis iã antiqs eẽ cõuenit. ſtrigẽ idoneã fuiſſe ad magicas artes teſtis ẽ Hora. ĩ epodo ſcribẽs plumam nocturnæ ſtrigis cum aliis ueneficiis adhibitã fuiſſe ad amatoria exercẽda. cuius ſententiam nunc imitatus eſt poeta dicens. plumi ſtrigis inter ſepulchra repertæ uſam eſſe ueneficam ad amorem concitandum. Cinctaque funeſto. Poſſet hoc non indocte referri ad laqueum uinculumq; hominis ſtrangulati. quod pollere fertur ad magiam. & ſcribit Palladius ſi aliquid de huiuſcemodi fune ſuſpendas per feneſtras colũbariorũ: locũ non deſeri a columbis. & ait Plinius ex caluaria ſuſpendio interempti fieri medicamenta. potes intelligere ſimpliciter dictum: ut uitta ſacerdotalis incincta uiro funeſto & cæde contaminato ſit idonea ad amoris ueneficium & ob hoc adhibita. cinctum: & cincturam pollere in magicis docet Plinius: qui in uigeſimo octauo ſcriptum reliquit partus uicinos acceleratri: ſi uir cinctu ſuo ſoluto fœminam cõxerit: deinde ſoluerit adiecta precatione ſe uinxiſſet eundem & ſoluturum: & abierit. Si non uana. Hæc adhuc ſunt uerba cynthiæ cum ſeruo lygdamo colloquentis: dicentiſq; poetam daturum e ueſtigio pœnas perfidiæ: ſi modo inquit non ſunt fallatia ſomnia: uiſioneſq; nocturnæ. Sera pœna. quoniã ut inquit Valerius. Lento gradu ad uindictam ſui diuina procedit ira. unde & prouerbiale dictum eſt deos iratos pedes lanatos habere: quia nonnunq̃ tarde plectunt nocentes. Putris aranea. Ait cinthia futurum: ut lectus in quo cũ pellice iacebit Properti⁹ ſit futurus putridus: & ſitu obſitus & telis araneaꝝ coopertus: quæ texere ſolẽt in domib⁹ deſolatis. an per putrẽ araneam ſymbolicos intelligit uirilia futura flaccida & languẽtia ſimilimaq; telis aranex: ſicut a Catullo dicta eſt mẽtula beta lãguidior. Dormiet ipſa uenus. ideſt libido, deſtitutet poetam: & pellicem. & uenus erit ĩers illis: & maligna: ut concumbere nequeant. ſicut olim Amaſis rex cum uxore concumbere nõ poterat. Quæ tibi ſi. Nũc loquitur Proptius poſt finitas a lygdamo cinthiæ querelas: iubetq; lygdamũ ad dominam ſua reportare mandata. ſc. ſ. ob iram ſequeſtratum fuiſſe a cynthia

Triſtis erat domꝰ; & triſtes ſua pẽſa mini
Carpebãt: medio nebat & ipſa loco: (ſtræ
Humidaq; impreſſa ſiccabat lumina lana
Rettulit & querulo iurgia noſtra ſono.
Hæc te teſte mihi ꝓmiſſa ẽ lygdãe merceſ
Et pœne ſeruo rumpere teſte fidem.
Ille põt nullo miſerã me linquere facto
Aequalem nulla dicere habere domo.
Gaudet me uacuo ſolam tabeſcere lecto
Si placet inſultet lygdame morte mea.
Improba nõ uicit me moribꝰ illa ſed herb
Stamina rombi ducitur ille rota.
Illum turgentis ranæ portenta rubetæ
Et lecta exſectis anguibus oſſa trahunt.
Et ſtrigis inuentæ p buſta iacentia plumæ
Cinctaq; funeſto lanea uitta uiro.
Si nõ uana canũt mea ſõnia lygdãe teſtor
Pœna erit añ meos ſera: ſed ãpla pedes.
Putris & in uacuo texetur aranea lecto
Noctibus illorum dormiet ipſa uenus
Q uæ tibi ſi ueris animis eſt q̃ſta puella
Hac eadem rurſus lygdame curre uia.
Et mea cũ multis lachrymis mãdata rpor
Irã nõ fraudes eſſe ĩ amore meo. (ta
Me quoq; cõſimili ĩpoſitũ torq̃rier igni

nō aūt ob fraudes: atq; pfidiā: optatq; inter nūcio lygdamo cynthiæ recōciliari: q̄d si feceris: īqt libertate donaberis p manumissionē. Integer eē. i. castus a re uenerea. Alia Elegia.



Rgo sollicitæ tu cā pecunia uitæ es. In auaritiam mortalium ipsamq; pecuniam scribit: cuius cā poetus naufragio occubuerat. ergo particula inceptiua indignāti accōmodata. Oui. Ergo ego sufficiam reus in noua crimina semper. Et augustus. ergone supmis. Pabula ꝑbes. Possidonius ait diuitias esse causam malorū: non quia ipsæ faciunt aliquid sed quia facturos irritant. & ut inquit ecclesiasticū dogma. Qui uolūt diuites fieri incidunt intentationem: & muscipulas: & desideria multa quæ mergūt hominē in interitū Radix oīum malorū est cupiditas: quā quidā appetētes naufragauerunt: & īseruerūt se doloribꝰ multis. Crudelia. Quia ut inquit Donatus. Auaritiæ crudelitas comes est. cuius rei exempla pluribꝰ in locis maronianū carmē exhibuit. & a Salustio luculente dcm̄ est. auaritia crudelitatē: deos neglegere oīa uenalia habere docuit. Tu poetū. Dicit poetus causa pecuniæ cōparādæ nauigātem in ægyptū fuisse fluctibus obrutū. pharos in ægypto est. de cuius significatione satis multa diximus in sopo. Et mater non iusta. Pathetica ratio: qua miseranter poeti refert miserabilem. cui defuncto mr nō potuit exequas exhibere: nec cineres ī sepulchro familiari sepelire. Iusta dicimus funebres exequias & sacrificia feralia. Salustius in iugurta. More regio iusta magnifice fecerant. Qu. Curtius corpori nomiq; q̄primū iusta soluamus. Ouidi. Hāc q iusta ferūt di xere feralia lucem. Nec pote. Pro potis est. & pōt. de q̄ dictiōe supra diximꝰ. Cognatos rogos. pōt hoc referri ad sepulchra: q̄ familiaria dicunt: q̄ qs sibi familiæq; suæ cōstituit. ut scribit iurisc̄onsultus de religiosis. Pro tumulo carpathiū. Loco sepulchri inqt habes mare carpathiū: q̄d ab insula carpatho nomē accepit. Vir. Est in carpathio neptuni gurgite uates. In hanc sniam est illud Apulei. Corpus mari celādū cōmissimꝰ. & nūc iacet nr lamathꝰ elemēto toto sepultus. Infœlix aquilo. Cōuersus sermo ad uētū aq̄lonē: quē incusat tā q̄ naufragii machinatorē: quē uocat timorē orithyæ: qa cū illa repetur ui aq̄lonis uehementer extitutt. Fabulā rettulimꝰ in prīo commentario. Alueus ille. i. nauis. Ita Virgili. simul accepit alueo Ingētē æneā. & Oui. & Liui. alueum uocāt illud uas ligneū: quo Romulꝰ & Remꝰ expositi fuerant. Ab alueo diminutiuū deducit alueolus. & significat uasculū pusillū. de quo itelligere debes dixisse Iuuenalē illo uersu. Alueolos & lanā pigmerat Atreꝰ. q legūt albioꝰ los dure nimis iterptant. nā Iuue. in supplectile pauprima uult eē alueolos hoc ē uascula uiliora: q̄tū paup poeta ob inopiā cogit oppignerare. Idē alibi hoc innuit scribēs. Illud. n. uris dat alueolis. Quod ī eadē significatōe accipiēdū ē. Columella ī. ix. in alueolū ligneū oua cōferāt. In alia significatione accipit ꝑ tabula lusoria. Mater in ore. Pietas poeti pereūtis exprimit q̄ in ipō naufragio matrē fæpissime appellabat. ut illud. Mater te appello. Simile ē huic illud Ouidii. Plurima nātis in ore Alcyone cōiūx. Qua notat argyni. Exēplo argyni oīndit deos marinos eē īexorabiles q nec puero pepercerūt: q erat ī deliciis agamēnonis pastoris populorū. A cuiꝰ submersi noīe existimat nomē inditum fuisse argiuis: q locus nobilis ē clade callicratidæ ꝑfecti classis laconicæ. Possumus ēt legere ut scriptū ē in oībꝰ fere codicibꝰ qui natat argiuis. ut sit sensus. mare undabūdū: & neptunū īdignabūdū īmisisse curas: sollicitudinesq; agamēnoni ꝑ argiuis: quorū classes ī aulide piscosa retinebāt: nec ad Troiā poterāt nauigare: dōec sāguīe uirgineo placarūt uētos atq; dianæ iracūdiā. Res nota ē de iphigenia filia agamēnonis. quā Lucretiꝰ iphianassaꝫ appellat: q̄ īmolata fuit ad dianā placādā: & tēpestates mitigādas. Poetæ fabulāt ꝑ iphigenia ceruā fuisse suppositā. Ipa uero trāslata ē ī taurica regionē. Illicq; sā dianæ sacerdos. Propertius sequutus Virgiliū: & Lucretium dixit ipam iphigeniā fuisse mactatā: nec ullā factā cē uictimæ mutationē. Hoc iuuene amisso. s. argyno tā q̄ dicat poeta agamēnonē non soluisse classem amisso iuuene argyno. quod si argiuis legimus & non argynis: cuius obscura fabula est: ita intelligimus. Agamēnō si amisisset talem iuuenem: qualis est poetus: non

Iurabo bis sex integer esse dies.
Q uod mihi si tāto fœlix cōcordia bello
Extiterit: per me lygdame liber eris.

De morte Poeti.



Rgo sollicitæ tu causa pecūia uitæ es? Citer.
Per te īmaturæ mortis adimus
Tu uitiis hoium crudelia pabula præbes
Semina curarum de capite orta tuo.
Tu poetū ad pharos tendentē litea portꝰ
Obruis īsano terque quaterque mari.
Nā dū te sequit primo miser excidit æuo
Et noua longinquis piscibus esca natat.
Et mater non iusta piæ dare debita terræ
Nec pote cognatos iter humare rogos.
Sꝫ tua nūc uolucres adstāt sup ossa mariæ
Nūc tibi ꝑ tumulo carpathiū oē mare:
Infœlix aquilo raptæ timor orithyæ:
Q uæ spolia ex illo tanta fuere tibi?
Aut q̄dnā fracta gaudes neptune carina?
Portabat sanctos alueus ille uiros.
Poete q̄d ætatem numeras? q̄d cara natāti
Mater in ore tibi est? nō hēt unda deos.
Nā tibi nocturnis ad saxa ligata procellis
Omnia detrito uincula fune cadunt.
Sunt agamēnonias testantia littora curas
Q ua notat argyni pœna mināti aquæ
Hoc iuuene amisso classē nō soluet atrides
Pro qua mactata est iphigenia mora.
Reddite corpꝰ hūo: positaq; ī gurgite uita
Poetum sponte tua uilis arena tegas.

ſoluereꝛ claſſem: quã ſoluit mactata iphigenia. q. d. hũc iuuenẽ pluris feciſſet q̃ expeditionẽ ad troiã: magiſq; amaſſet: q̃ filiã iphigeniã: quã īmolari pmiſit: cũ nõ eẽt pmiſſurus hũc mactari ꝑ claſſe græcoꝝ. Ite rates curuæ. Execratio in naues: q̃ fuerũt cã: ut unꝰ gradus mortis priorib⁹ fatis adderet. id q̃d indicat Lucanꝰ illo uerſu. Fatiſq; ꝑ illã Acceſſit mors una ratẽ. Læti mortis in funerib⁹ ĩditiuis antiqt⁹ dicebãt. ollus leto datus eſt q̃d græcus dicit lithi. i. obliuioni. Fortunæ uias. q primi nauigare ceperũt: hi fortunæ uires auxerũt: & nõuas illi uias inuenerũt ad mortales agitãdos. Nãq; fortuna toto mũdo & locis oĩb⁹ oĩum uocib⁹ ſola inuocat. Sola noĩat. Sola laudat. Sola arguit. Huic oĩa expenſa. huic oĩa ferũtur accepta. De cui⁹ multiplici noĩe & ptãte olim cõcludim⁹ elegiacũ carmen. Port⁹. Quoniam multi ĩ ipſo portu: ut dici ſolet: fecere naufragiũ. Natura. naturã diffinire difficile ẽ: ut ſcribit Cice. in rhetoricis. eteni apud ſapiẽtes cõtẽtio ẽ q̃d ſit pri⁹: deus an natura: ſi natura prior eſt ergo de⁹ nat⁹ eſt: q̃d abſurdũ ẽ. Rurſus ſi de⁹ prior ẽ: nata ẽ natura: q; ſi naſci potuit natura īcipit nõ eẽ natura. Plato ſic diffiniuit. Natura ẽ dei uolũtas: q̃ a doctis ẽ ꝑbata definitio. Quidã dicũt naturã eẽ reꝝ oĩum matrẽ. Irreligioſa ſnĩa ẽ: ſi dicam⁹ deũ cãm eẽ malorꝝ: cũ teſte Platone bonoꝝ ſolũmõ de⁹ cã ſit dicendus: q in. ii. de repu. ſcribit: ꝑcaſſe Homerꝝ in iliade memorãtẽ duo eẽ dolia in limine iouis. Alterꝝ bonis plenũ malis alterꝝ. & ex his ſimul hoĩb⁹ iouem mõ bona: mõ mala ĩpartire. ſed poeta poetas ſeqtur. Præterea ſicut ſcribit Euſe. in. xiii. ꝓparatõis euãgelicæ. ſi alicubi ſcriptum ẽ mala diuinit⁹ dari de⁹ nõ ad detrimentũ eorꝝ: q̃ puniũtur: ſed ad cõmodũ mortaliũ mitti: ſicut medicus ad ſalutẽ laborãtiũ cura nõnunq̃ utiq; amara doloriſq; plena. Adeo tãq̃ bono ſola bõa fieri ſcribit Augu. in. xi. de ci. dei. q in. xii. ait. Nemo ex me q̃rat cãm efficiẽtem malæ uolũtatis. Latiſſim⁹ hic eſt diſputãdi locus & magis ad philoſophũ q̃ ad poetæ interꝑtẽ accõmodat⁹: quocirca receptui canentes ad ꝓpoſitũ reuertamur. Anchorã tyrrheni inuenerunt. Saxa triũphales. Supra narrauim⁹ quẽadmodũ claſſis græcoꝝ uictrix poſt troianũ excidium naufragio piclitata eſt: fractaq; in caphareo cuboiæ ꝓmõtorio: unde dixit Maro. Euboiæ cautes ultorq; caphareus. Hoc exẽplo oſtẽdit poeta quãtis piculis ſint obnoxii nauigãtes. q̃ picula nõ potuit effugere ulyſſes ille mortaliũ uaferrimus & callidiſſimus: cũ doli ĩ undis nihil ꝓdeſſe poſſint. Sociũ iacturã. Per ſocioꝝ amiſſionẽ: quos naufragio extinctos fleuit ulyſſes. Quod ſi cõtent⁹. Si poetus inqt uerbis meis obtempaſſet cõtent⁹ paternis bobus uiueret in terra: cũ mortuus ſit in undis.

Et quotiẽs poeti trãſibit nauta ſepulchrũ
Dicat: & audaci tu timor eſſe pores.
Ite rates curuæ & læti contexite cauſas
Iſta per hũanas mors uenit acta manus.
Terra paꝝ fuerat: fatis adiecimus undas:
Fortunæ miſeras auximus arte uias.
Anchora te teneat quẽ nõ tenuere pẽates
Quid meritũ dicas cui ſua terra parũ eſt.
Vẽtoꝝ ẽ qdcunq; paras: haud ulla carina
Conſenuit: fallit portus & ipſe fidẽ.
Natura inſidias pontũ ſubſtrauit auaris:
Vt tibi ſuccedat uix ſemel eſſe poteſt.
Saxa triũphales fregere capharea pupes
Naufraga cũ uaſto græcia tracta ſalo eſt
Paulatim ſocium iacturã fleuit ulyſſes:
In mare cui ſoli non ualuere doli.
Quod ſi cõtẽt⁹ prio boue uerteret agros
Verbaq; duxiſſet pondus habere mea:
Viueret ante ſuos dulcis conuiua penates
Pauper & in terra nil ubi flere poteſt.
Nõ tulit hic poeto ſtridorẽ audire ꝓcellæ
Et duro teneras lædere ſune manus.
Sed thiæ thalamo aut orithia terebintho
Effultum pluma uerſicolore caput.
Huic fluctus uiuo radicit⁹ abſtulit ũgueſ
Et miſer inuiſam traxit hiatus aquam.
Hũc paruo ferri inuidit nox iproba ligno
Poeto ut occideret tot coiere mala. Clis
Flẽs tamẽ extremis dedit hæc mãdata q̃re

Viueret pauper quidẽ: ſed citra periculum: & fletum. Sed thyæ thalamo. Dum uult petus in thalamo citreo precioſoq; quieſcere: & in deliciis uiuere: periit in fluctibus procelloſis Thia arbor eſt odorata: quæ teſte Plinio nota fuit Homero: qui eam facit uri inter odoramenta in deliciis calypſonis. Menda eſt in codicibus Plinianis: in quibus impreſſum eſt in deliciis circes. cum mihi iuxta Homericam lectionem legendum eſſe uideatur In deliciis calypſus ſiue calypſonis. Confert quintum Homeri uolumen ex odiſſea cum tertiodecimo Plinii libro: & errorem cognoſces eſſe manifeſtarium. Thiam alio nomine Trogetem uocamus: latine Citrũ: quæ arbor fuit inter pauca nitidioris uitæ inſtrumenta ex qua menſæ precioſiſſimæ conficiebantur. Ex qua: ut ait Theophraſtus: fiebant tẽploꝝ contignationes: quoniã Thiæ materia incorrupta eſt in tectis contra uitia oĩa. Similiter & Terebinthus habet materiam fidelem ad uetuſtatem. Arbor eſt eximii nigriq; ſplendoris. In macedonia breuis naſcitur: & fruticoſa. In damaſco ſyriæ magna: Autor Plinius. Horitia cognominatur ab oriſco oppido: ubi naſcitur copioſa. Ita Virgilius in decimo. Buxo aut horitia terebintho. Effultum pluma. Delicatorum hominum ceruices requieſcere ſolẽt in ceruicalibus fartis aut anſerina: aut cygnea pluma: autper dicum ſubalaribus plumis: quæ ſunt molliores. Hinc ait Lampridius. Heliogabulum ſolitum fuiſſe in accubitis habere pilum Leporinum: aut plumas perdicum ſubalares. Et Plinius in decimo. Caſtigat luxuriam delicias q; romanorum: qui ſine inſtrumento Anſerinæ plumæ uiuere non poterant. Nox improba. ideſt nigerrimus turbo: & procelloſa tempeſtas: quæ diem ſubito ex oculis eripuit: uel q; uſq; in noctem procella turboq; durauerit: adeo ut paruæ tabellæ more naufragi poetus inhæreret fracto iam nauigio.

Dii maris. Verba periclitátis peti deos marinos inuocátis: q̃ sunt inumeri: inter quos celeberrimi feruntur neptun⁹. thetis. nereus: amphitrite: triton: phorcus: nereides atq; salatia: q̃ ut inqt Augustin⁹ in. iiii. de ci. dei. Inferiorẽ maris ptẽ tenet. ægeus quoq; pf Thesei mari nomẽ ipsuit. Primæ lanuginis. post annos ter septenos genas flore uestit iuuenta. Autor Macro. & a Censorino traditũ est in tertia annoꝝ hebdomade barbam nasci. Alcyonũ scopulis. alcyones de qb⁹ supra dictũ ẽ in scopulis nidulant atq; fœtificát. Scribit Albertus magn⁹ nidos alcyonũ cõstrui in harenis. Fuscina. insigne neptuni telũ ẽ: q̃ & tridẽs & fuscina nũcupat. poeta in priapeis ait, Neptuni fuscina telũ. Fuscina utebant & gladiatores digladiãtes. i de exiit illã satyricũ. Vicit & hoc mõstrũ tunicati fuscina gracchi. fuscinæ diminutiuum ẽ fuscinula: q̃ iter igniũ receptacula numerat in instro ueteri. ubi scriptũ est. Fuscinulas: tridẽtes: uncini: & bathilla. & in lib. primo regũ ita scriptũ legim⁹. Hébat fusciũlã tridẽtẽ i manu: & mittebat eã in lebetẽ: & q̃d le uabat fuscinula sibi tollebat. O cẽtũ æquoreæ. Nereides alloq̃t. Mrno dolore tethis. Propter achillis filii obitũ: quẽ mrno dolore, psecuta ẽ genitrix tethis: q̃ & ipsa uana ẽ nereidũ. Lasso mẽ. s. peti. Mẽtũ nulli ẽ pter hoiem ut ait Pli. attamen in instro ueteri legimus: q̃ dauid appndebat mẽtum leonis: & ursi & eos suffocabat. Mẽtũ attĩgere i supplicãdo mos fuit græcis uetustissimis

At tu. apostropha ad uẽtũ aglonẽ: q̃ docet se nũq̃ nauigaturꝝ: optatq; sepeliri ante ianuã cynthiæ: terentius ilIum dicit esse fortunatum qui nunq̃ ingressus sit mare.



Vlcis ad externas fuerat mihi rixa lucernas. Cynthiam alloquitur rixam referẽs habitam in cœna. cum puella mensam, pelleret: & pocula in ipsum proiiceret: q̃ signa esse ueri amoris ostendit: & cynthiam ad hæc amoris instrumenta adhortatur. Hesternas. i. superioris dici. Lucernas. lata cõuiuia & cœnæ saliares fiebant ad lucernas: quas priscipolimyxos uocitabant. de quibus mentio fit apud suidã pollucem: & martialẽ. Hinc est illud Plinianum. Lollia paulina smaragdis & margaritis operta spectabat ad lucernas et illud. Non norat parcos uncta lucerna patres. Quino ctibus loco dieꝝ utunt: et ad lucernas uiuunt: hi elegantissimo uocabulo lychnobii appellant qua dictiõe usus est Seneca in ultimo epistolarꝝ. Cur. legendũ est poti⁹ cũ: q̃ cur. cõnexum enim est supiori sniæ. Cymbia. uasa suntuinaria: ut Noni⁹ & Varro tradũt. Vir. Inferimus tepido spumãtia cymbia lacte. In modum cymbæ facta sunt. ut ait Seruí⁹. unde & diminutiue a cymba cymbia dicta. ut docet Macro. Et ueneris magnæ. interrogatiue legẽdũ. uult. n. ostẽdere pauciſſimas. uel poti⁹ nullas eẽ: q̃ ardẽter amẽt: et ob amoris incendiũ supplices, pcũbãt ante pedes deæ ueneris: cui⁹ opẽ iplorẽt: et suppetías petãt. Hoc nimiꝝ foret certissimũ ardoris indiciũ. Seu sequitur. Quæ ẽ ingt illa mulier: q̃ ipatiẽs amoris p medias uias sequat amatorẽ? simillis furibundæ bacchæ: q̃ mœnas appellat. nã inter cætera noxa bacchaꝝ hoc unũ ẽ ut mœnades appellitent. Iuue. Crinẽq; rotãt ululante priapo Mœnades. Catul. Ego mœnas ego mei ps. Potes ẽt absq; interrogatiõe, pnũciare. ut sit sensus absolut⁹. Illã. s. mulierẽ in amore dolere: et afflictĩ æstuare q̃ cõuicia tur: q̃ ueneri supplicat: q̃ amãtẽ seqt̃: q̃ sõniis suspẽsa terreat. Sõnia ter. Emulatio uirgiliana. Anna soror q̃ me suspẽsã insõnia terrẽt. et apud Oui. ait amas et amens bi blis. Quid mihi significãt ergo mea uisa? quod aut Sõnia põd⁹ habẽt: an habẽt et somnia põd⁹? Seu miserã i tabula. Puella quæ ex aĩo amat: et ĩsane depit amatorẽ: angeret: torq̃ret: exaĩaret si effigiẽ fœiæ formosæ uideret i tabella apd ipm amatorẽ. Crederet. n. illd eẽ simulacrũ iconiũ pellicis: et alteri⁹ amicæ. Ver⁹ aruspex. ideſt uerus uates: et diuinator. Aruspices nuncupantur quasi horarum inspectatores. dies enim et horas in

Cũ moribũ da niger clauderet ora liquor
Dí maris ægei quos ſt̃ penes æquora uẽti
Et quæcũq; meũ degrauat unda caput.
Quo rapitis míseros priæ lanugis annos
Attulímus longas ín freta uasta manus.
Ah míser alcyonũ scopulís afflígar acutís
In me ceruleo fuscína sumpta deo est.
At saltẽ italiæ regionibus eueat æstus:
Hoc de me sat erít sí modo matris erít.
Subtrahit hæc fantẽ torta uertígie fluct⁹
Vltímaq; hæc poeto noxq; díesq; fuit.
O cẽtũ æquoreæ nereo genitore puellæ
Et tu materno tacta dolore tethis.
Vos decuit lasso suppõere brachia mẽto
Nõ poterat uestras ille grauare man⁹:
At tu sæue aquilo nunq̃ mea uela uídebís
Ante fores domínæ cõdar oportet íners.

Ad cynthíã. (lucernas

d Vlcís ad hesternas fuerat mihi rixa
Vocís & ínsanæ tot maledícta tuæ
Cũ furibũda mero mensã ,pcellis & í me
Proíícís ínsana cymbía plena manu.
Tu uero nostros audax ínuade capíllos
Et mea formosís unguibus ora nota.
Tu mínitaꝝ oculos subiecta exurẽ flãma
Fac mea rescísso pectora nuda sínu.
Nímirum ueri dantur míhi sígna caloris
Nã síne amore graui fœía nulla dolet.
Quæ mulier grauída iactat cõuítia lígua
Et ueneris magnæ uoluitur ante pedes?
Custodũ gregibus circa se stípat euentũ?
Seu seqtur medias mœnas ut acta uías
Seu tímidã crebro demẽtía sõnia terrent:
Seu míserã ĩ tabula pícta puella mouet
His ego tormentís aĩ sum uerus aruspex:
Has dídici certo sæpe ína amore notas.
Non est certa fides quã non íniuría uersat
Hostíbus eueníat lenta puella meís.

agendis opibus. Cuſtodiunt. & quid ꝑ ſingula tpa obſeruare debeat hō intendunt. Hi etiam exta pecudum ī-ſpiciunt & ex eis futura ꝓdicunt. ut autor eſt Auguſtinus. & ſcriptum eſt in decretis. xxvi. quarta qōne. Donatus uero inquit. Haruſpicem ab haruga noīari. nam haruga dicitur hoſtia ab hara in qua cōcludit᷑ & ſeruatur Hara aūt eſt in qua pecora includunt᷑. Me doceat liuor. Volo inquit ut in collo: aut in facie mea apparcat ue ſtigium morſiunculaꝝ: quas mihi ĩpreſſit amica amorabunda: & plena indignationis doloriſq; amatorii: q̄ ſigna uulta a ſodalibus uideri. Verba ſupercilīis. Amātes inuicem nutib⁹ loquunt᷑. unde ait Ouī. Verba ſupercilīis ſine uoce loquentia dicam. & lex amoris plauti na ꝑcipit ne puella nutet nictet abnuat. Supercilia ſunt ī tutela iunonis lucinæ: q; his: ut ait Feſtus: proteguntur oculi: per quos luce fruimur: quam tribuere putabāt Iunonem lucinam. Faſtus & ſuperbia aliubi conceptaculū habet. ſedem uero in ſupercilīis ut autor eſt Pli. in. xi. in de ſupercilium pro grauitate ac auſteritate uſurpam⁹. & apud Valerium legim⁹ ſupcilium cenſoriū. Dulcior ignis. Amor: qui nimium pinguis nimiūq; lentus ē faſtidium mouet inſtar cibi dulcioris. Ille uero iuuat qui plus alloes: q̄ mellis habet. in quo ſunt ſuſpitiones: īiu riæ: & id genus affectiones. Ita paridi dulcior erat amor helenæ: quando cogebat᷑ ob illius rapinā arma capeſcere aduerſus græcos belligerantes. & tangit id quod ſcribit Homerus in quarto iliados. ſ. paridem ſingulari certami ne cū Menelao manus conſeruiſſe: in qua pugna ſeruat⁹ eſt paris ope ueneris quem hoīem nebula circunſeptum ab oculis hominum eripuit: & in odorato thalamo collocauit: helenāq; accerſiuit: & ita ambo in lecto geniali cubantes colluctabant᷑ pugnis ueneriis. Tyndaridi. i. helenæ. At tibi qui noſtro. A poſtropha ad riualē plena diræ ĩprecationis. imꝑcatur enim ut ſemp habeat ſocerum: qui ſæpe generis inuiſi & odioſi eſſe conſueuerūt & matrē: cui⁹ iuſſa: & caſtigatiōes filii interdū deteſtant᷑. Potes ēt ſic legere: & melius. At tu ſis ſacer æternū. ut dicat o riualis q nectis retia lecto meo ad cynthiā capiēdā eſto excrabilis & tua domus nūq; ſit ſine marte hoc ē bello: rixiſq; domeſticis. Sacrū. n. quādoq; accipi ꝑ execrabili quis ignorat? Huic ſimile erit illud Horatianum. in teſtabilis & ſacer eſto. homo ſacer is antiquitus appellabatur: quem populus ob maleficiū iudicaſſet: neq; fas erat eū īmolari. ſed ſi qs iꝑm occidiſſet parricidii nō dānabat᷑. ex quo qs hō malus atq; iprob⁹ ſacer appellari ſolet. Offenſa illa mihi. corrige infenſa: ut ſit ſenſus poetica uenuſtate ſplēdeſcēs. ſi o riualis hūiſti occaſionē furti cum cynthia nocturni. ſcito id tibi illā dediſſe non ob hoc q; tibi ſit amica & te diligat: ſed q; mihi īfenſa ē: & ī me indignationis amatoriæ fundit aculeos. Infenſa & amica opponuntur & eſt antitheto. ſi legis offenſam ſenſus ē inuenuſtus minimeq; poeticus. Alia Elegia.

In morſo æq̄les uideāt mea uulnera collo
Me doceat liuor mecum habuiſſe meā.
Aut ī amore dolere uolo aut audire dolētē
Siue meas lachrymas ſiue uidere tuas.
Tecta ſuperciliīs ſi quando uerba remittīſ
Aut tua cū digitis ſcripta ſilenda notas.
Odi ego q̄ nunq̄ pungūt ſuſpiria ſomnos
Semper in iratam pallidus eſſe uelim.
Dulcior ignis erat paridi cū grata ꝑ arma
Tyndaridi poterat gaudia ferre ſuæ.
Dū uicūt danai dū reſtat barbar⁹ hector
Ille helenæ in gremio maxia bella gerit.
Aut tecū aut ꝑ te mihi cū riualibus arma
Semper erunt: in te pax mihi nulla placet.
Caude q; nulla eſt æque formoſa: dolores
Si qua foret: nunc ſis iure ſuperba licet:
At tu qui noſtro nexiſti retia lecto:
Sis ſacer æternum nec ſine marte dom⁹.
Cui nunc ſi q̄ data eſt furādæ copia noctis
Infenſa illa mihi nō tibi amica dedit.

Ad Mœcenatem.

MOecenas eques hethruſco de ſanguine regum
Intra fortunā q; cupis eē tuā
Quid me ſcribēdi tā uaſtū mittis ī equor
Non ſunt apta meæ grandia uela rati.
Turpe eſt q; neq̄as capiti cōmittere pōd⁹
Et peſſum inflexo mox dare terga genu.
Omnia nō pariter rerū ſunt omnib⁹ apta
Fama nec ex æquo ducitur ulla iugo.

MOecenas eques hetruſco de ſan. re. Alloquit᷑ mœcenatē unicū ꝑſidiū poetaꝝ q; doct⁹ doctos fouebat: q Propti hortabat᷑ ad ſcribēdū carmē heroicū & grandes materias ſubeūdas. oſtendit ſe imparē eē tāto pōderi: ut docet nō oīa oībus conuenire: ſeq; oñdit illius imitari modeſtiā nō appetentis īmodica. Hetruſco de ſanguine regū dicit᷑. qa fuit oriūdus a porſena Rege hetruſcoꝝ: Idem Hora. Mœcenas atauis edite regib⁹. Intra fortunā. Tangit hiſtoriam. nā mœcenas ſuapte uolūtate ī equeſtri dignitate pmānſit cum ſenator fieri poſſet. & ut inquit Porphyrio. ei lati clauī facultas pateret. Non ſunt apta. Metaphoricos oñdit ingenio ſuo & uirib⁹ grādes materias nō cōuenire: ſicut paruæ cymbæ grādia uela nō cōgruūt. Turpe ē. Snīa Horatiana. Sumite materiā ueſtris q ſcribitis æquā Virib⁹. Capiti cōmit. Qui ſubit onus impar uiribus ſuis ſæpe ſuccūbit. Vñ de Origene dixit Hieronymus. Origenes maiora cogitās ꝑpriūq; īgeniū ferre nō ſufficiēs oneri b⁹ maioribus carricabat ſe: & cū ſic incedere nō poſſet ruina magna deuolut⁹ eſt. Omnia non pariter. Homeri ca ſnīa. nō oīa uni dii dederunt. quæ & a Liuio repetita eſt. Hoc idē copioſe tradunt Apoſtolicæ epiſtolæ quibus ſcriptū eſt dona dei multifariā eſſe diſpartita. Flamma rogo. In aliis codicibus legitur. Fama iugo: ut ſit ſenſus nullius famā eſſe æqualem: nec pari iugo currucq; uehi: ſed gloriam mortalib⁹ compari ex ſtudiorū diſſimilitudine: cū non ſint plures corpoꝝ formæ: q̄ ingenioꝝ: q̄d probat exemplis diuerſorum artificum.

Gloria lysippo. Lysipp⁹ statuarius celebratus ad sextenta decem opera fecisse traditur: quæ singula arti clari tatem dare potuissent. Hic solebat ex immani pcio cuiusq; signi seponere denarios aureos singulos. Hic colos sum tarenti fecit, xl. cubitorum. Papinius. Quem traderis ausus pelleo lysippe duci. & alibi. deus ille deus sese q; uidendum indulsit lysippe tibi. Hic teste Quintiliano ad ueritatem optime accessit. unde ait poeta eũ effin xisse signa animosa hoc est simulachra spirantia. uel animosa intellige propter colossum: & bellicosas imagi nes a lysippo fabrefactas: a quo potissimum solo fingi uolebat Alexãder: q edicto uetuit: ne qs se pter appellẽ pingeret: aut alius a lysippo duceret aera fortis alexandri uultum simulantia. ut inquit Horã. & autores sunt Ci cero. & Pli. Aliter tradit Apuleius in floridis. Exactis calamis. Calamidis statuarii quadrigæ bigæq; laudant: qui ut ait Pli. in. xxxiiii. equos semper sine emulo exp sit. Merito poeta calamidem se iactare ait & ostentare si mulachris equorum: quos exactos hoc est absolutos p fectosq; adamussim effigiabat. In ueneris tabula. De appelle diximus supra: qui inter cætera nobilissima pin xit uenerem exeuntem e mari: quam Diuus Augus⁹ di cauit in delubro patris cæsaris: cuius inferiorem partem corruptam: qui reficeret non potuit inueniri. consenuit hæc tabula carie: ut inquit Pli. Inchoauit appelles aliam uenerem Chois superaturus et illã suam priorem. sed in uidit mors peracta parte. Nec qui succederet operi ad p scripta liniamenta inuentus est Oui. Si nunq̃ uenerem chous pinxisset appelles. Parrasius parua. Parrasius pictor inclitus olim cum zeuside contẽdit. & cũ ille uuas pictas tanto successu detulisset ut aues aduolarent in scœnam. Ipse detulisse linteum pictum tradit ita ueritate rep sentata. ut zeusis alitum iudicio tumens flagitaret remoto lintheo ostẽdi picturã. atq; intellecto errore cõce deret palmã ingenuo pudore. Quoniã ipe aues fefellisset. Parrasi⁹ uero se artificẽ. Floruit hic circa peloponen sia tpa. ut ait Quin. ephesius fuit: primus symmetriã picturæ dedit. Pinxit demonem athenien sium: quem pa riter uolebat ostendere iracundũ: iustũ: incõstantem: exorabilem: clemẽtem: misericordẽ: humilẽ ferocẽ fuga cẽq;. & oĩa simul ut scribit Pli. Sed nõ uident cõuenire plinius & poeta. Cũ alter parrhasiũ laudet iter memo ratissimos pictores: alter iter minutos: & a parua arte dicat eẽ ꝓbandũ. Quocirca cõgruenter legere possum⁹. & nos ita emẽdauim⁹. Pyreicus parua. Fuit. n. pyreicus pictor minoris picturæ: ut docet Pli. in. xxxv. qui humilia sequut⁹ est. Humilitatis tamẽ sumã adept⁹ est gloriã. Hæc Pliniana faciũt ut existimẽ ꝓ Parrhasi⁹ legẽ dũ esse Pyreicus. In quã sniam pedib⁹ iuit doctrinaq; dec⁹ & polihistor Ioánes picus mirãdolan⁹: mihiq; ob id inuẽtũ iprimis applausit. Placet inq̃ hæc interptatio. ut cũ iã de Appelle maximo pictore maioris picturæ meminerit: subiũgat i minori pictura aliũ excellẽtẽ. Mentoris. relege q̃ dixim⁹ de mentore in primo cõmẽ tario. At myos. Mys claruit argẽto celãdo. cui⁹ opa extare dicit Pli. in insula rhodioq; silenũ. cupidines: & scyphos. De hoc Marti. Quis labor i phiala docti myos an ne myrõis? Laudat poeta artificiũ myos q flexio nib⁹ opa uariaret. est enĩ acanth⁹ berba topiaria lato lõgoq; folio margines crepidinũ uestiẽs: ut docet Plini. in xxii. Inde acanth⁹ ꝓ flexuoso ornatu accipit: ut ait Serui⁹. Hinc illud Virgilianũ. & circũtexto croceũ uelamẽ acantho. Plini⁹ in. v. epistolarum. Acanth⁹ hinc in delubricus & flexuosus. Deinde plures figuræ: pluraq; no mina. Phidiac⁹. Phidias diis q̃ hoib⁹ effingẽdis melior artifex fuit. In ebore uero lõge citra emulũ: ut autor est Quin. inter cætera signa fecit iouẽ olimpiũ ex ebore. cui⁹ maiestas opis deũ æquauit quẽ nemo emulatur. de hoc Strabo in. viii. & Pli. in. vii. & in. xxxiiii. & ĩ. xxxvi. multa cõmemorãt. Phidiæ quoq; Seneca & Plu tarch⁹ meminerũt: q carminib⁹ poetaq; ẽ memoratissim⁹. Hic prim⁹ artem toreuticen aperuisse iudicatur phi dias ergo censet iprimis pulchritudine iouis olympii: qui est eburne⁹: in quo effingẽdo habuit archetypõ car men homericũ. Se ornat. Sũma laus iouis olympii ex ebore a phidia fabrefacti exp ssi⁹ demõstrari nõ potu it: q̃ ut diceret iouẽ illo simulachro decẽter ornari: cũ iuppiter nõ egeat alieno ornamẽto. Praxitelẽ ꝓpria. praxiteles statuari⁹ marmoris gloria supauit et semet. Ante oĩa praxitelis laudant duæ ueneres. Altera nuda: quã emerunt gnidii. altera uelata: quã choi. Multi ut uiderẽt praxitelicã uenerẽ gnidum nauigauerunt: cuius amore captus quidam simulachro cohæsit: eiusq; cupiditatis extat index macula: ut scribit Plinius. eiusdẽ est cupido nudus: quẽ quidam rhodi⁹ adamauit. & simile amoris uestigium reliquit. Lapis ergo marmoreus in quo formando fuit excellentissimus uindicat sibi praxitelem a quo uno optime expolitur. Quidam codices habent. praxitelem parius ut lapis parius dicatur pro marmore precioso. Sicut a Virgilio dicitur parius ue la pis circundatur auro. Sunt quibus eleæ. Alii inqt uictoriã adipiscũtur in ludis olympicis equoq; celeritate Alii pedib⁹ ad cursũ sũt pnicissimi: & ob hoc celebrati. celebrant ab historicis equæ cymonis: q̃ tres uictorias olympiacas reportarũt: q̃ defũctæ athenis sepultæ fuerũt. Similes eq̃s habuit euagoras lacon: q̃ & ipsæ ter uictrices ĩ olympiacis ludis fuerũt: q et elæi noiant. ut abũde supra docuim⁹. Cursores at optimi multi fuerunt Ante omnes ladas celebrat: q ĩ currendo nulla in puluere uestigia relinq̃bat. Laudatur & achilles ab Homero pedũ pnicitate. unde a Martiale dictũ est. Laudat achilleos sed sine fine pedes. Papinius tenuissimã uirtutem uocat ipsam cursurã. Plini⁹ celebrat in secũdo & in septimo philonidẽ Alexandri magni cursorem. Græci id genus homines Hemerodromos uocant. cuius rei Liuius & Probus emylius meminerũt. Hic sat⁹. i. natus.

Gloria lysippo est animose fingire signa
Exactis calamis se mihi iactat equis.
In ueneris tabula sũmã sibi ponit appelles
Pyreicus pua uindicat arte locũ. (mæ
Argumẽta magis sunt mẽtoris addita for
At myos exiguũ flectit acantus iter.
Phidiacus signo se iuppiter ornat eburno.
Praxitelem parius uindicat arte lapis.
Sũt qb⁹ eleæ concurrit palma quadrigæ:
Sunt qbus in celeres gloria nata pedes.
Hic sat⁹ ad pacẽ: ꝟ castrẽsib⁹ utilis armis:

Exemplis te ſuperare tuis. Sequor inqt o mœcenas tuos mores: q mihi ſũt exẽplo magna eẽ dimittẽda: & minora tractãda. Tu.n.cũ poſſes eẽ cõſul & militaris impator & ꝓtorius dicere ꝓ tribunali: tñ eſſe recuſaſti cõtẽtus moderata fortuna. Dominas ſecuras. pp conſulatum hoc dictuꝫ eſt. cuius dignitatis miniſtri ſecures geſtabãt: qbus fontes plectabanꝯ. Hoc ſupra declaratũ ẽ. Iuue. & legũ prima ſecuris. Medoꝝ. medos ꝓ parthis poſuit. ſicut Hora. ſub rege medo. Et tibi ad effe. i. cũ uires tibi & oĩa denꝯ a cæſare ad uotũ: & ꝓut aſſectas: atq; deſideras. Honeſta loquutio eſt. Res tibi danꝯ ad effectũ. q d' ſignificat ad deſiderium: & quẽadmodum concupiſcis. Ita Iuuena. Si res ampla domi: ſimiliſq; affectibus eſſet. Si legis effectum. ſenſus erit uires dari ab auguſto mœcẽati: ut poſſit efficere q d'moliꝯ & parat

Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ.
At tua mœcenas uitæ præcepta recepi:
Cogor & exemplis te ſuperare tuis.
Cũ tibi romão dominas ĩ honore ſecures
Et liceat medio ponere iura foro.
Vel tibi medoꝝ pugnaces ire per hoſtes
Atque onerare tuã fixa p arma domum.
Et tibi ad effectũ uires det cæſar: & omni
Tempore tam faciles inſinuentur opes.
Parcis & ĩ tenues hũilẽ te colligis umbras
Velorum plenos ſubtrahis ipſe ſinus.
Crede mihi magnos æq̃bunt iſta camillos
Iudicia: & uenies tu quoque in ora uirũ:
Cæſaris & famæ ueſtigia iuncta tenebis
Mœcenatis erunt uera trophea fides.
Nõ ego uilifera tumidũ mar̃ findo caria:
Tota ſub exiguo flumine noſtra mora ẽ.
Nõ flebo in cineres arcẽ ſediſſe paternos
Cadmi; nec ſemper prælia clade pari.
Nec referã ſcæas & ꝓgama: apollinis arceſ
Et danaum decimo uere rediſſe rates.
Mœnia cũ graio neptunia preſſit aratro
Victor palladiæ ligneus artis equus:
Inter callimachi ſat erit placuiſſe libellos
Et ceciniſſe modis choe poeta tuis. Clas
Hæc curãt pueros. hæc curãt ſcripta puel
Meque deũ clamẽt & mihi ſacra ferãt.
Te duce uel iouis arma canã cœloq; minãtẽ
Cæũ: & phlegreis oromedõta iugis. Cte
Quo gradibus dom⁹ iſta remi ſe ſuſtulit Vn⁹
Vn⁹ erat fratrū maxia regna foc⁹ (oli
Curia prætexto quæ nūc nitet alta ſenatu
Pellitos habuit ruſtica corda patres:
Buccia cogebat priſcos ad uerba quirites
Centum illi in prato ſæpe ſenatus erat

numeꝝ expleuit: primoribus equeſtris gradus electis, hiq; patres conſcripti ſunt uocitati. Temporibus Cæſaris ſuper mille ſenatores fuerunt: & his quidam idigniſſimi per gratiam aut præmiũ allecti: quos abhortiuos uulgus nominabat. quos ad priſtinum modum ſplendoremq; redegit Auguſtus. Nec ſinuoſa uela priſcorum theatrales gradus erant ceſpititii: & ut ait Ouidius, tunc neq; marmoreo pendebant uela theatro: ſed creſcẽtibus opibus creuit & luxuria: cuius inſtinctu: ut tradit Valerius, Catullus ſpectantium conſeſſum primus ue loꝝ umbraculis texit, de quo ita ſcribit Plinius in. xix. Vela in theatris tantum umbram fecere, quod primus omnium inuenit. Qu. Catullus cum capitolium dedicaret, Carbaſina deinde uela primus in theatro duxiſſe fertur Lentus ſpinter apollinaribus ludis. Non oluere crocos. Crocum uino mire congruit præcipue dulci tritum, quo priſci utebantur ad theatra replenda, ut docet Plinius in. xxi. & hoc erat indicium urbi fœlitate immodica luxuriantis: & ſenam croco perfundi ſolitam indicat Lucrecius illo uerſu, Et cum ſcena croco cilici perfuſa recens. Ouidius, Nec fuerant liqdo pulpita rubra croco. Martialis appellat nimbum rubrum huiuſcemodi perfuſionem, ſic ſcribens. Hoc rogo num meli⁹ q̃ rubro pulpite nimbo Spargere: & effuſo permaduiſſe croco, & alibi nominat nimbos cilices, ait poeta priſcis temporibus non fuiſſe hunc luxum perfundendi pulpita theatrica croco odoratiſſimo. Externos diuos. Scribit Liuius libro. xxxix. patrum auorumq; ætate negocium magiſtratib⁹ ſæpe datum fuiſſe: ut ſacra externa fieri uetarent, ſacriculos uateſq; foro circo urbe prohiberent: oẽm diſciplinam ſacrificãdi preterq̃ more romano aboleret. & Cicero de diis colendis legem ita condidit. Seperatim nemo ſit habens deos nouos: neq; aduenas niſi publice aſcitos priuatim colunto. ait poeta nulli priſcorum ſtudium fuiſſe quærendi deos peregrinos: & colendi externas religiones: quæ ſecutis temporibus paſſim receptæ ſunt adeo ut maior cælitum numerus eſſet q̃ hominum. & religio externa ex ultimis terris appetita ſuſceptaq; in romana urbe conſideret. Pendula. Ex religione ſuſpenſa. Tremeret. Quoniam metus peperit religionem: & ut inquit Statius: primus in orbe deos fecit timor. Palilia fœno. Scribit Varro palilia dicta a pale dea: cui eo die feriæ fiebant. erãt autem palilia uigeſimus dies aprilis: quo Romulus cõdidit Romã. Solin⁹ appellat parilia: cuius noĩs ſignificationẽ de partu iliæ tractã exiſtimat. obſeruatũ ẽ ne qua uictima palilibus cederetur: & ut ille dies purus eſſet a ſanguine. Prob⁹ grãmaticus ita ſcribit, Pales dea paſtoꝝ eſt, cuius dicit ſacrũ appellari parilia tráſpoſita littera. quæ ſi ſuo loco eſſet palilia: potius dicerentur: qui dies natalis eſt urbis Romæ, ritus feſtiuitatis eſt: ut in ignẽ tráſili ant accenſis ſtramẽtis more agreſti. & Ouidius in faſtis celebrãs palilia ĩquit. Moxq; per ardẽtes ſtipulæ crepitãtis aceruos Trãſilias celeri ſtrenua mẽbra pede. Curto luſtra nouant̃ equo. Serui⁹ Tulli⁹ ſext⁹ romanoꝝ rex primus luſtrũ cõdidit, cum exercitũ omnem in cãpo martio luſtraſſet facto ſacrificio de ſue. oue. tauro. qd ſoli taurilia uocitarũt. fuit poſtea hoc opus cenſoꝝ: qui cõpleto quinquẽnio luſtrabãt. Autores Liui⁹ & Aſconius. ſed in hoc loco nõ illa qnquẽnalia luſtra intelligenda ſunt: ſed luſtratiões expiationeſq; palilioꝝ: quib⁹ equinus ſanguis erat pro ſuffimine, quæ luculẽtis carminibus proſecutus eſt Ouidi. in quarto faſtorum, curtum equũ appellat incultum: & ob hoc quaſi mutilatũ: ſicut dixit Horati. Nũc mihi curto ire licet mulo uel ſi libet uſq; tarentũ. A martiale dictus ẽ curtus calix. & a Perſio curta ſuppellex. Quidã codices habent curuo tanq̃ alludat ad equi ĩmolationẽ: qui curuatus mactabat̃. Veſta coronatis. In ſacris deæ ueſtæ aſelli panib⁹ coronabãtur: ut docet Ouidius in ſexto faſtoꝝ ſcribens. Ecce coronatis panis dependet aſellis, hoc factitatũ eẽ dicit poeta rudi ſæculo: quãdo ueſta erat pauper, cõſualibus quoq; aſini una cum equis coronabãtur: & erãt feriati, cãm refert Plutarchus in problematis. Luſtrabãt cõpita porci. decimo die a partu porci habent̃ puri & tum ad ſacrificia dicũtur idonei: ut docet Varro ĩ re ruſtica, unde ab antiquis ſacres appellãtur, hinc ait Plautus ĩ menechmis. q̃ti hic porci ſunt ſacres! & ut dicit Ouidius, Prima putatur Hoſtia ſus meruiſſe mori quiaſemina pãdo Eruerat roſtro. Plinius in octauo ſcribit, ſuis fœtum ſacrificio die quinto puꝝ eſſe. coruncani⁹ruminales hoſtias donec bidentes fierent puras negauit. Saginati. Saginarium antiqui dixerunt locũ in quo opimabantur altilia. Varro in tertio de re ruſtica: pullos inquit anſeꝝ includunt in ſaginario. ſaginant̃ in primis porci fico carica quod eſt inuentum apitii: compita dicata ſunt laribus, unde compitalia dicta dies: qua ĩ compitis ſacrificabatur: & ludos a uiis compitoꝝ in quib⁹ agebant̃ compitalia appellitauerũt. Autores Varro & Macrobius. hic intellige porcos luſtraſſe compita non tam in honorem deoꝝ larium q̃ cereris: in cuius initiis quæ græci theſmophoria nũcupãt: ĩmolabantur. præterea a ſuillo pecore ĩmolandi initium ſumptũ uidetur: ut autumat. M. Varro: cuius rei ueſtigia ſunt ꝙ uti iam diximus in cerealibus porci immolatur: & ꝙ fœdus cum feritur porcus occiditur: & ꝙ antiquitus in nuptiali coniunctione noua nupta & nouus maritus porcũ ĩmolabant. Macræ boues. Victimæ optimæ ſunt boues & lautiſſima eoꝝ placatio: & ut ſcribit Plini⁹: uictimaꝝ probatio in uitulo eſt: ut articulũ ſuffraginis cauda cõtingat breuiore nõ litãt. bobus quoq; utebant̃ ad ſacra ferẽda. unde & Vir. dixit. Quæſitas ad ſacra boues Iunonis. priſcoꝝ boues erãt macræ. poſtra ætas luxu dominãte tauros albos & hiſpula piguiores adhibebat ad ſacrificia. Ad calamos. Ad fiſtulæ ſonitum, ad fiſtulã inquit paſtoralẽ extis ouiũ litabat̃, cũ corruptior ætas ad tibiã faceret hecatõbẽ, ſed dii placabi

Nec ſinuoſa cano pendebãt uela theatro:
Pulpita ſolemnis non oluere crocos.
Nulli cura fuit externos quærere diuos
Cũ tremeret patrio pẽdula turba ſacro.
Annuaq; accenſo celebrare palilia fœno
Qualia nũc curuo luſtra nouãtur equo:
Veſta coronatis pauper gaudebat aſellis
Ducebant macræ uilia ſacra boues.
Parua ſaginati luſtrabant compita porci:
Paſtor & ad calamos exta litabat ouis.

liores erant illo ſimplici ſæculo ex unius ouis ſacrificio q̃ poſteris temporibus ex centum taurorum immolatione. gratia enim ut ait Plinius magna pecori fuit in placamentis deorum: cuius fœtus purus erat ſacrificio die ſeptimo. Exta dicuntur uiſcera principalia ab eo q̃ maxime extant eminentq̃: ut interpretatur Feſt⁹. Exta ſerpentibus & lacertis longa ſunt: ut ait Plinius in. xi. cuius hæc ſunt uerba. exta homini ab inferiore uiſcerum parte ſeparantur membranis quæ præcordia appellant: quia cordi prætenduntur: quod græci appellauerunt phrenas. idem ait in. xxx. præcordia uocamus uno nomine exta in nomine: quorum in dolore cuiuſcunq̃ partis ſi Catullus lactens admoueatur tranſire in eum morbus creditur. ab extis extiſpicium uocatur aruſpicina. caput extorum erat in iecore. triſtiſſima exta ſine capite exiſtimabantur. lege Ciceronem & Plinium multa de extis diſſerẽtes. Litare ſignificat ſacrificio facto placaſſe numen: ut docet Macrobius. Nec omnis qui ſacrificat litat, unde eſt illud. Non quacunq̃ manu uictima ceſa litat. & multi cum prima hoſtia litare nõ potuiſſent proxima pulcherrime litabant. & quum immolaſſẽt pluribus diis euenit: ut aliis litetur aliis non litetur: ut autor eſt Cicero in ſecundo de diuinatione. Fabius lupercus

Verbera pellitus ſetoſa mouebat arator
Vnde lycens fabius ſacra lupcus habet.
Nec rudis infeſtis miles radiabat in armis
Miſcebant uſta prælia nuda ſude.
Prima galeritus poſuit prætoria lygmon
Magnaq̃ pars tatio rerũ erat inter oues.
Hinc taciẽſ ramneſq̃ uiri lucereſq̃ coloni

Lupercalia erant in menſe februario feriæ dicatæ lunoni februatæ. dicta q̃ in lupercali luperci ſacra faciũt: qui Fabiani & Quintiliani appellabantur a Fabio & Quintilio præpoſitis ſuis. quidam a lupa altrice Romuli & Remi tradunt appellata. Græci lycea uocant lupercalia & in honorem panos ſiue fauni lycei concelebrant. in lupercalibus luperci nudi curſitant ferientes obuios ſcuticis ex caprina pelle confectis: ad quæ uerbera matronæ ſe ultro offerunt exiſtimantes id ad fecunditatem eſſe conducibile. a lupercis canis immolatur. hoc ſolẽne ludicrum exiſtimatur ab euandro arcade in Italiam tranſlatum. de lupercalibus ſcribunt Plutarchus Dionyſius Liuius Trogus. & Ouidius in faſtis. Seruius quoq̃ enarrans illud Virgilianum. Gelida ſub rupe lupcal: ſatis probe loquutus eſt de etymologia uocabuli. inueniuntur autore Quintiliano: qui lupercalia contendant eſſe tres partes orationis, quaſi luere per caprũ. Verbera ſetoſa. Appellat ſcuticas illas lupercorum: quæ ex caprina pelle quæ uilloſa eſt conficiebantur. nam uerbera non ſolum ſignificant ipſam uerberationem ſed etiam ipſum uerberandi inſtrumentum. Quintilianus. uerbera quæ caſus abtulerat. Fabius lupercus nominatur lycẽs uidelicet a licẽtioſa petulãtia qua nudi diſcurrẽtes licẽter feriebãt obuios: & Cicero, pbro maximo dat Antonio q̃ in lupcalibus nudus unctus ebrius cõcionatus ſit. alii legunt lyceus referentes ad lyceũ pana quẽ luperci uenerabant. prior lectio magis placet. Nec radiabat. Oſtẽdit priſco ſæculo arma militũ nõ fuiſſe p̃cioſa nec argẽto celata nec ære radiãtia: ſed rudia & ĩfabrefacta. cũ poſterioribus tẽporib⁹ gliſcẽte luxu: arma militaria nõ ſolum argẽto ſed etiã auro celarent. unde ſcribit Lãpridius Alexandrũ ſeuerũ feciſſe ſibi chryſoaſphidas. ita. n. appellati ſunt illius milites ab clypeis auro celatis. & Iulius Cæſar teſte Tranqllo milites habebat tã cultos ut argẽto & auro politis armis ornaret. Pli. quoq̃ obiurgãs luxũ romanoꝝ: & quid attinet ĩ quit hæc colligere cũ capuli militũ ebore faſtidio celẽtur argẽto uagine catillis. baltei laminis crepitent: & ut ait Iuue. Argẽtũ q̃d erat ſolios fulgebat in armis. Vſta ſude. Ita Virg. ſudibus ue præuſtis. Poſuit p̃toria lygmon. Prætoriũ uocam⁹ tabernaculũ ducis. quod alio nomine: ut docet Quintilianus: dicit Auguſtale. ueteres enim omnẽ magiſtratũ cui pareret exercitus: prætorẽ appellauerunt: ut ſcribit Aſconius. unde porta prætoria ĩ caſtris nominat: & nauis prætoria: & præfectus prætorio: prætoria quoq̃ dicũtur ædificia magnifica in ruſticis p̃diis & urbanæ uillæ: ut docet Palladius ſcribens qualis eſſe debeat ſitus prætorii in ædificiis uillaticis. iuriſcõſult⁹ de ſeruitutibus prædiorũ ait licere alti⁹ tollere & officere p̃torio uicini. uel cloacã hre licere p uicini domũ uel p̃toriũ. Papinius in ſyluis. Alternas ſeruãt prætoria ripas. & in hac ſignificatiõe accipit apd Martialẽ. Ad lapidẽ torquatus habet prætoria quartũ. & apud Trãquillũ in caligula in extructionibus prætoriorũ atq̃ uillarũ. pro auguſtali hoc ẽ tabernaculo ĩperatoris uidetur nũc accipi a poeta. Quis autem fuerit hic lygmon nondũ inueni: nec ulla eius rei fit mẽtio apud ſcriptores: quod equidẽ ſciã. ego exiſtimo intelligẽdũ eſſe de eo lucumone: a quo luceres noĩati ſunt: quæ fuit tertia pars populi romani: q̃uis luceũ nominis & originis cãm incertã eſſe Liuius arbitret. Galeritus lygmon uocat a galero quod eſt genus pilei ut ait Seruius quo ex pellibus lupinis cõfecto ruſticos uſos p tegumento capitis teſtis eſt Vir. q̃ ſic ait. Fuluoſq̃ lupi de pelle galeros. Tegmẽ habẽt capiti. autor ẽ Vegetius libro primo de re militari miles Romanos uſos eẽ pileis ex pellibus quos pannonicos uocant. Tatio. Tati⁹ rex fuit ſabinorum cum quo Romulus conſociauit imperium hiſtoria nota. Veteres in pecoribus habebant quod habebant ut inquit Auguſtinus. & repetitum eſt in decretis. & teſte Columella adhuc apud quaſdam gentes hoc unum uſurpatur diuitiarum gratia: propter quod nomina pecuniæ & peculii tracta uidentur a pecore. Exiſtimat Plini⁹ pecuniam a nota pecudis appellatam: qua Seruius rex nummum ſignauit. Hic tacies. principio populus Romanus in tres partes diuiſus fuit quæ tribus dicuntur. una tacienſis a Tacio rege ſabino. Rãnes altera a Romulo. luceres tertia a lucumõe: ſiue lucretio ſiue a luco: quẽ lucum aſylum Romulus uocauerat. Tribus autem dictæ uel a tributo dando: uel q̃ tres fuerũt, unde etiam dicti ſunt tribuni. deinde ciuitas romana in ſex partes fuit diſtributa in primos ſecũdoſq̃ tacienſes ramnes luceres. quælibet ex tribus tribubus decem curias cõtinebat: quæ de nominibus ſabinarum appellatæ ſunt. Autores Varro Feſtus Plutarchus & Aſconius. Diſſentit paulum Liuius ſcribẽs a Romulo cẽturias equitum tres fuiſſe conſcriptas. Rãnenſes Taciẽſes & luceres. nec uidetur exiſtimare totũ populũ in hos

fuiſſe diſtributũ ſed ſolos equites. Quatuor hinc albos. Romulus ceniñenſibus debellatis triumphum romam reportauit curru quadriiugo: ut autor eſt Dionyſius: inuectus. & in hanc ſententiam eſt illud a Floro dictum. de ueiis & bouillis pudet ſed triumphauimus. Idem tunc erant feſulæ quod capreæ nuper. Idem nemus aricinum quod hercinius ſaltus. frepellæ quod geſſoracum. Dionyſiũ refellit Plutarchus dicens. Romuli triũphum fuiſſe pedeſtrem. Primus fuit Tarquinius priſcus qui in curru triumphauerit: uel ut alii tradunt publicola. Dionyſium ſequitur Propertius. Suburbanæ bouillæ. Oppidulum fuit in latio haud procul ab urbe roma: ut ait Plinius: unde ſuburbanæ dicuntur. eodẽ epitheto uſus eſt Ouidius in faſtis. Orta ſuburbanis quædã fuit anna bouillis. Gabii & bouillæ quæ loca nunc uix nomen retinent: temporibus romæ naſcentis habebanť in precio: & erant inſtar ciuitatum. a galacto & bio fratribus gabios cẽ nominatos exiſtimat Solinus. ad bouillas Clodius occiſus fuit ut docet Aſconius. Albæ ſuis omine nata. Albam ſub albano monte condidit Aſcanius quæ ab ſitu porrectæ in dorſo urbis longa alba eſt appellata: ut autumat Liuius. Vulgatior fama eſt ab omine albæ porcæ: quæ triginta procellos æneæ peperit albam nominatam. cui ſententiæ nunc poeta aſtipulať. a græcis dicitur leuea macra: hoc eſt alba lõgo: ut inquit Dionyſius. Fidenas. Fidenates ethruſci fuerũt: ut ſcribit Liuius in primo: quos uicit fuditq; romulus: & urbem cœpit deduxitq; coloniam: ut autor eſt Dionyſius olim fidenates facibus armati furiali more contra romanos dimicarunt: & profligati fuerunt: ut refert Flor⁹. meminit & Virgi. huius urbis in ſexto. Vrbẽq; fidenam

Quatuor hĩc albos romul⁹ egit equos:
Quippe ſuburbanæ parua min⁹ urbe bouillæ
Et q nũc nulli maxia turba gabi. Et ſtetit alba potens albæ ſuis omine nata
Hac ubi fidenas longe erat ire uias.
Nil patriũ niſi nomẽ hẽt roman⁹ alũnus
Sanguinis altricẽ nõ putat eſſe lupam:
Huc melius ꝓfugos miſiſti troia penates
Heu quali uecta ẽ dardana puppis aue.
Iã bene ſpõdebãt tunc omnia qd nihil illã
Læſerat abiegni uenter apertus equi.
Cũ pater in nati trepidus ceruice pepẽdit
Et uerita eſt humeros urere flamia pios.
Tunc animi uenere deci brutiq; ſecures
Vexit & ipſa ſui cæſaris arma uenus:
Arma reſurgentis portans uictricia troiæ
Fœlix terra tuos; cœpit iula deos.
Si modo auernalis tremulæ cortia ſybillæ
Dixit auentino rura pianda remo:
Aut ſi peragameæ ſero rata carmina uatis
Longæuum ad priami uera fuere caput.

Nil patrium. adeo inquit omnia romæ ad ſummum fortunæ luxuriantis euecta ſunt ut ex illa rudi & ĩcomi ciuitate nihil ſuperſit ꝓter romanũ nomen: adeo ut pudeat romanos originis ſuæ: nec æquo aĩo audiant lupã fuiſſe educatricem Romuli & Remi urbis romæ condi torum. de lupa romuli nutrice oĩa ſunt diuulgata ſcdm & mythicos & hiſtoricos. Heu quali uecta eſt. optimis profecto auſpiciis claſſis æneæ troiani puenit in Italiam a quo oriũda eſt roma orbis caput: & profuit ipſi troiæ euerſio quæ fuit cã romæ cõdẽdæ. niſi. n. illa piſſet hæc nõ fuiſſet: nec æneas romani ĩperii conditor in Italiã nauigaſſet. Quali aue. Quã fœlici augurio. p cõtrarium dixit Hora. Mala ducis aui domũ. ex romanoꝝ cõſuetudine tractũ eſt: apud quos nihil domi nihil foris gerebatur niſi auſpicato: Aglæ honor datus ẽ ut magnaꝝ reꝝ faciat auſpicia: dať & coruo aliiſq; pauciſſimis Sed qcqd exta qcquid aues portẽdũt iteruẽtu fulminis aboleť. qcqd fulmĩe denũciatũ eſt id nec extis nec aue refelliť. autor Seneca in ſcdo quæſtionũ naturaliũ. Oĩa auguria qd antiqui oſmẽ dicebãt: id nos omẽ dicim⁹ extrito. ſ. ut ſcribit Varro. Abiegni equi. equum troianum intelligit in cui⁹ fabrica abietẽ adhibitã fuiſſe teſtis eſt Maro qui ſic ait. Sectaq; intexunt abiete coſtas. quod nõ ſine cã dictũ arbitrãtur eruditi. nã cũ abies fulminata ĩteritũ dominæ ſignificet & troia p fœminã pierit merito abiegnus hoc eſt ex abiete contextus fuit ille equus troiæ fatalis. Cũ pr in nati. Anchiſes filii æneæ ceruice ſuccolatus. Tũc. ex æuea ſeruato. Venere decii. Decioꝝ & bruti hiſtoria notior eſt q ut noſtræ egeat ĩterꝓtatiõis: et ſupra ſcã eſt mẽtio. Sui cæſaris. Cæſar dictator in oſone q laudauit amicã iuliã defunctã ſic retulit. A uenere fũt iulii: cuius gẽtis familia ẽ nra merito ergo dicit uenerẽ cæſari tanq ſuo ꝓnepoti fauiſſe: et eius arma uexiſſe uictritia. Tale eſt illud Virgilianũ. Hũc tu olĩ cœlo ſpoliis oriẽtis onuſtũ. Accipies ſecura. Tuos deos. Penates ĩtelligit quos æneas ex phrygia detulit ĩ Italiã: quos lauini collocatos: Iulius aſcanius albã: quã ipe cõdiderat: trãſtulit. Illi ex alba priſtinũ ſacrariũ miraculi cã ſuapte ſpõte bis repetierũt. autores Vale. et Dionyſi⁹. Auernalis cortina ſybillæ. Notũ eſt ſybillam cumanã æneæ uaticiniũ dediſſe romani ĩperii. Cuius libris fata romana cõtinebanť. et illos dẽ uiri adire ſolebãt cũ deſiderabať qd eẽt faciendũ. dixit ergo uaticinãs ſylla remũ perituꝝ: cuius manes Romulus expiauit: cuius cadauer ſepultũ fuit ĩ remoria: q locus eſt in auẽtino. Autores Dionyſi⁹ et Plutar. et remo defuncto dicatus eſt dies qui dicitur remuria ut ſcribit Ouidius. Cortina aũt locus ẽ unde dať oraculum a corde dicta ut ĩterꝓtatur Varro: qd inde primũ ſortes extimatæ. Alia ĩterꝓtamenta a Seruio referunť enarrãte illud Virgi. Mugire aditis cortina reclusis. Præterea cortina dr ſpaciũ qd eſt ĩter terrã et cœlũ. Cortina ſignificat uas quo oleũ uel liquidũ aliud influit. Cato cortinã plũ beã in lacũ ponito quo oleum fluat. A plinio cortina appellatur uas infectoris. ab eccleſiaſticis ſcriptoribus cortinæ accipiuntur pro auleis et uelis prout uernaculo ſermone appellitare ſolemus. unde ſcriptũ eſt in exodo. Decẽ cortinas facito de byſſo retorta et hiacynto et purpura coccoq; bis tincto uariatas. Pergameæ uatis. Caſſandram ſignificat: cuius uaticinia fuerunt quidem uera: ſed ut inquit Virgilius: non unquam credita teucris. Vertite equum. hoc eſt uaticinium caſſandræ

quo græcos admonẽt ut equũ troianũ rẽtro agãt: qñ illa uictoria eſt ipſis futurã detrimentoſa: troianis uero ſaluberrima: utpote in Italia maius ĩperiũ exuſcitaturis. Huic cineri, reliquiis troianoꝝ. Ennius hirſuta. Cũ ennio dãda ſit corona laurea: utpote poetæ grãdiloquo & epico: petit ipe coroãri corona hederacea: q̃ cũ ĩ fra laudꝝ ſit: dãda eſt poetis minutis & elegiographis. Vmbria romãi. Appellat ſe romanũ callimachũ: qñ qualis eſt apud græcos callimachus ſcriptor elegiarꝝ: talis eſt apud romanos Properti⁹: q̃ ĩ primis callimachũ æmulatus eſt. & illũ in ſcribendo habet archetypon: ita Virgilius dictus ẽ Mãtuanus Homerus: cuius æmulatus eſt non modo magnitudinem ſed ſimplicitatem orationis tacitãq; maieſtatem. Dextra cantet auis. Cantaturus res romanas optat fœlix auſpiciũ & oſcines a dextra cantantes. ut cõmodiſſime auſpicet. Aues dextræ fœlicitatem denunciant, ſiniſtræ infortunitatem: datum eſt tamen aliis auibus dextra, aliis leua, ut ratum auſpicium facere poſſint: ut docet Cicero: & apud priſcos cornix a dextra: cornix a ſiniſtra ratum faciebant. Sacra dieſq; canã. Hoc dicit tanq̃ ſcripturus faſtos romanorum in quibus ſacra & cantæ ſacrorꝝ cũ dieb⁹ feſtis & ꝓfeſtis cõtinebant̃ unde ait Oui. Sacra recognoſces annalib⁹ eruta priſcis. Et quo ſit merito quæq; notata dies. Quo ruis ĩprudens: Inducit̃ mathematicus ſiue genethliacus quidam homine horus qui per totam elegiam loquitur cũ Propertio: & eum dicit minime eẽ idoneũ ſcribendis reb⁹ grauioribus. cui & futura denunciat. Nõnulli ſciun gũt hæc a ſuperioribus: ſed melius eſt ut iũcti legant̃. Videt̃ enĩ reſpõdere poetæ cupiẽti ſcribere faſtos & ſacra ꝓclara romanorꝝ: & eũ reuocare a tã grãdi oneroſaq; ꝓuincia. A dextra colo. Alludit ad parcas: & ꝓ hoc inſinuat nõ eẽ ingeniũ ꝓpertii accõmodatũ ad canẽda grãdiloqua & res romanas deſcribendas: cui aduerſum eſſe dicit apollinẽ & lyram poeticã inuitam ſuppeditare uerſus cothurnatos. Accerſis lachrymas. Ideſt laborioſe & pene cum lachrymis pãgis grãde poema: cum tibi ſit nullus apollinis fauor. Quid ſi legas aduerſis muſis cãtas ut dicat ꝓpertiũ carmina ſcribere apolline & muſis refraganti b⁹. Tale ẽ illud Martialis. Carmina q̃d ſcribis muſis & apolline nullo. Certa ferã certis. dicit aſtrologus ſe uera denũciaturꝝ nec ſe ſpheræ aſtrologiæq; diſciplinã ignorare: quã appellat pilã æratã: cuius inuẽtor athlas memorat̃. Vates. diuinator. Vates poetas antiq dixerũt a uerſib⁹ uiẽdis: ut interpretat̃. M. Varro. & ut ingt Cor. tacit⁹ in dialogo de oratoribus honorificẽtius exiſtimabat̃ nomen uatis q̃ poetæ. ꝓterea uates ſignificat ſacerdotẽ atq; ꝓphetã ſicuti ſcriptũ eſt in decretis. diſtinctiõe uigeſima prima. Hic accipit̃ pro chaldeo & genethliaco fatidico: ex ratiocinationib⁹ ſpheræ & ſtellarꝝ motũ futura ꝓdicit.

Vertice equũ danai male uicitis: illia tellus
Viuet. & huic cieri iuppiter arma dabit.
Optima nutricũ noſtris lupa martia rebo
Qualia creuerunt mœnia lacte tuo.
Mœnia nãq; pio conor diſponere uerſu
Heu mihi qd̃ noſtro ẽ puus ĩ ore ſonus.
Sed tamen exiguo qdcũq; e pectore riui
Fluxerit: hoc patriæ ſeruiat oẽ meæ.
Ennius hirſuta cingat ſua dicta corona
Mi folia ex hedera porrige bacche tua.
Vt noſtris tumefacta ſupbiat ũbria libris
Vmbria romani patria callimachi.
Scandẽtes ſi quis cernet de uallibus arces
Ingenio muros eſtimet ille meo. Ciues
Roma faue tibi ſurgit opus: date candida
Omnia: & inceptis dextra cantet auis.
Sacra dieſq; canã: & cognoia priſca locorꝝ
Has meus ad metas ſudet oportet equus
Quo ruis iprudẽs uage dicere fcã ꝓperti.
Non ſunt a dextra condita fila colo
Aduerſis muſis cantas aduerſus apollo
Poſcis ab inuita uerba pingenda lyra
Certa ferã certis autoribo haud ego uates
Neſcius ærata ſigna mouere pila:
Me creat architæ ſoboles babilõius orops
Oron & a ꝓauo ducta conone domus:
Dii mihi ſũt teſtes nõ degeneraſſe ꝓpiqs
Inque meis libris nil prius eſſe fide:

Babylonius orops. Horus aſtrologus a ꝓgenitoribus aſtrologis ſe nõ degeneraſſe ſignificat: quoꝝ noia celebrat ex quib⁹ duo noti ſunt: unus ignot⁹: Architam enim & cononẽ monumentis ſcriptorũ celebratos nullus ignorat. fuit autẽ archytas tarentinus pythagoricus nobiliſſimus: & in omni uirtutis genere mirandus: ad quem extant Platonis epiſtolæ: hic primus mechanica expoſuit & in geometria cubum primus ĩuenit: qui ab Horatio dicitur Menſor maris & terræ & arenarum: q̃ fabricat olim columbam ex ligno uolantem. ut ſcribit Gellius. Conon uero ſamius fuit mathematicus: qui de aſtrologia libros ſcripſit: ut teſtatur Probus grammaticus: qui cupiens inire gratiam Ptolomei regis dixit crinem reginæ berenices eſſe in cœlo collocatũ: ut ait Higinus. Huius meminit Maro in bucolicis. De hoc inquit callimachus. Idem me ille conon cœleſti munere uidit. E bereniceo uertice cæſariem. quod carmen lingua romana traduxit Catullus. Alter fuit conon atheniẽſis imperator notiſſimus hiſtoricorum uoluminibus. Hic dictum accipe de aſtrologo conone. Orops minus eſt a ſcriptoribus celebratus: & ideo minus cognitus. Babylonius: accipiendum eſt quaſi aſtrologus probatiſſimus. Babylonii enim: ut ait Porphyrio: aſtrologiam inueniſſe dicuntur: per quam geneſis colligitur: et ut autor eſt. M. Tullius. babylonii omnem curam in ſyderum contemplatione poſuerũt: et babyloniorum phĩloſophi nobiliſſimi chaldei celebrantur: qui aſtrologiam & genethlialogiã optime callebant: de quib⁹ multa Diodorus Strabo et Cicero tradiderunt. Meis libris. Scilicet aſtrologicis. Fide. Veritate. Ita Pli. fides autores appellet: et Valeri. fidem inquit autores uendicent. Nunc precium fecere deos: Aurum ĩquit et nũmi inſtar ſunt deorum: et tanquam numina coluntur: et ideo auaritia dicitur idolorum ſeruitus. quia hono-

rem impendimus nūmo qui impēdi debet deo. Et ut ait Augustin⁹ Antiqui coluerunt deam pecuniā & æsculanum & argentinum deos propter nummos aureos & argenteos: taxat autem illos qui pluris faciunt aurū: q̄ disciplinam mathematicorum: uel potius pseudo astrologos criminatur: qui precio corrupti syderalem scientiam ementiuntur: & accepto auro sydera natalitia hominibus genituram suam edentibus salutaria esse denunciant: qualis est stellia iouialis: & hoc est quod ait Iouem auro falli: quia propter aurum stellam Iouis beneficam alicui assignant in horoscopo: qui fortassis habet stellam saturni perniciosam. Obliquæ signa: zodiacum significat: cuius obliquitatem anaximander milesius primus traditur intellexisse: ut docet Plini. Fœliceſq; iouis stellas. dicit mathematicus se syderum naturam rerūq; cælestium causas habere cognitissimas & in libris suis perscriptas: & cur iouis stella sit benefica: martis malefica: saturni pernicioſa. quid portendant in signi fero piscis: quid leo: quid capricornus: quid hesperiæ. unde ab oratio tyrannus nuncupatur. Cur autem sydera alia salutaria dicātur: alia noxia cum diuinorum una sit natura: causam scripserunt Macrobius & Ptolomeus.

In precium fecere deos: & fallitur auro
Iuppiter obliquæ signa iterata rotæ.
Fœliceſque iouis stellas maatisq; rapacis
Et graue saturni sydus in omne caput.
Quid moneāt pisces aiosaque signa leōis
Lotus & hesperia qd capricornus aqua/
Dicā troia cades & troica roma resurges
Et maris & terræ longa sepulchra canā.
Dixi ego cū geminos, pduceret arria natos
Illa dabat natis arma uetante deo:
Nō posse ad prios sua pila referre pēates
Nēpe meā firmāt nunc duo busta fidē.
Quippe lupcus eq̄ dū saucia ,ptegit ora
Heu sibi prolapso non bene canit equo.
Gallus at ī castris dum credita signa tuet
Concidit ante aquilæ rostra cruenta suæ.
Fatales pueri duo funera matris auaræ
Vera sed inuito contigit ista fides.
dē ego cū cinaræ traheret lucina dolores
IEt facerent uteri pondera lenta moram:
Iunonis uotum facite impetrabile dixi
Illa parit, libris est data palma meis.
Hoc neq; arenosū lybiæ iouis explicatāq;
Aut sibi commissos fibra locuta deos.

Quid moueant pisces. Argumentantur astrologi de signis cœlestibus causas rerum & substantiā uitæ mortalibus impartiri: Verbi causa laboriosos & patiētes seruitii futuros dicunt: quos nascētes taurus aspexerit. percussorem cuius natiuitatem scorpius in sua parte complexa⁹ sit liberalem: qui signo arietis ortus esse dicat. quæ omnia tanq̄ uana & nugatoria irridet & infirmat Ambrosius libro quarto exameri. Pisces autem duo sunt in zodiaco alter notius alter boreus a situ & positura locoq; appellati. sub piscibus locati sūt pedes hominum: unde ait Manilius pisceſq; pedum sibi iura reposcunt. Idem scribit homines sub piscium signo ortos omnis disciplinæ nauticæ futuros studioſos piscatoreſq; probatissimos. Natura enim rerū cunctarum parens: fata quoq; & uitas hominum suspendit ab astris. Signa leonis. Leo nemeus siue cleoneus: qui a ioue collocatus inter signa zodiaci: notissimus ē carminib⁹ poetarum. Ait Manilius nascentes sub signo leonis esse bellatores & rapinis uicti tare. latera hominum & scapulæ sunt sub leone. Capricornus. Scribit Higinus Iouem inter sydera fixisse capricornum: propterea q̄ cum eo enutritus fuerat. græce dicitur egoceros. Lucanus. humidus egoceros. Sub capricorno sunt genua, capricornum & cancrum portas solis antiqui uocauerunt: In quibus fiunt utraq; solſticia: & quia sol in capricorno incipit ab imis in alta remeare & capræ consuetudo est ut altum in pastu petat: ideo hoc capricorno nomen inditum esse scribit cornificius sub capricorno nascuntur scrutatores sūt metallorum: & optimi fabricatores rerum illarum quæ ignis usu cōficiuntur. Lotum ideo dicit in unda hæsperia quia uult intelligi occasum signi huius magis seuire & dominari q̄ ortum: ut hæsperiam undam occiduam partem & ex ea occasum capricorni intelligamus. Præterea capricornus autore Manilio regit partes occidentales: & qcqd sub sole cadente est. Troica roma. Quæ scilicet ex reliquis Troianis in Italia resurrexit. Dixi ego. Probat mathematicus ab exemplo se optimum esse genethliacū: & matheseos peritissimum: cū iam euenerint illa q̄ ante euētura p̄ dixerat de duobus geminis in bello perituris & de puella paritura. Lupcus Gallus & lupcus nomina sūt filiorū arriæ. qui, put prædixerat mathematicus occubuerunt: alter lapsu equi extinctus. Alter ante aquilā romanā interemptus. Credita signa. Gallum signiferum fuisse significat. Signa romanoq; præter aquilas: fuerūt equi apri minotauri lupi: q̄ singulos ordines anteibant. Signiferia recētiorib⁹ dicunt draconarii. Cinaræ. Ait mathematicus se prædixisse cinaram puellam parturiētē citra mortis periculū parituram: si iunoni lucinæ uotum feciſſet: & ita peperit: ueri dicunq; esse mathematicum cuncti agnouerunt: libroſque astrologicos imprimis approbauerunt. Iunoni Scilicet lucinæ quæ a parturientibus inuocari solet: quam teste Martiano a iuuando Iunonem nominauerūt & Lucinam atque lucetiam q̄ lucem nascentibus tribuat. Ouidius & Plinius a luco dictam esse scripserunt.

Vteri pondera. Vesicæ muliebri iunctus est utriculus: unde uterus dictus quod alio nomīe locos appellāt hoc in reliquis animalibus uuluam. Autor Plinius in. xi. inde frequenter inuenies locos muliebres a luculentiſſimis scriptoribus uocitari pro uulua & utero. & Cato ait si mulier locio locos fouebit nunq̄ hi uiriosi fiēt per quod significat uuluam muliebrem nō desideraturam coitum uirilem: si urina eius qui brassicam esitauerit genitalia madefecerit. Iouis antrū. oraculum Iouis ammōis itelligit de quo supra dictū ē affati. Fibra locuta in tecore extremum fibram uocamus ut docet Varro. Antiqui enim fibrum dicebant extremum:

unde fimbriæ dicuntur & fibri. Cor. celſus ita ſcribit in quarto. Iecur in quatuor fibras diuiditur. Idem docet fibras dici quoq; de aliis uiſcerib⁹. nã de pulmone ait. in duas fibras ungulæ bubulæ modo diuidit̃: & Luca. pulmonis anheli fibra latet. fibra dicit̃ loqui deos ſibi creditos: quãdo p aruſpicinã fibras ab aruſpice explo ratas futura cognoſcim⁹: & uolũtatẽ deor̃ p ſpicimus. conſiderãt. n. diligẽtiſſime aruſpices quid periculi qd cõmodiſſimũ habeat in extis: quid denunciet caput iecoris: qd exta omnia: ut tradit Marcus Tulli. & teſte La ctãtio deus eſt quoddã ſignũ in extis: quod dimidiatũ ſignificat numẽ iratũ: nunc ait matematich⁹ neq; iouis oraculum neq; ſibrarum diuinationes talia p̃dicere qua lia ipſe prædixit. nec inquit⁹ uolatus cornicis: quæ a leua facit auſpicium ratum: nec umbra defuncti arte magica ab inferis euocata tam uera denunciant: q̃ uera in libris mathematicorum aſtrologorũq; continentur: & ita diui nationem quæ fit ex ſpeculatione ſiderum & cœli reliq; diuinandi generibus anteponit. Cornicis alas. Cornix clangore præſagit aquam: Inauſpicatiſſima eſt fœtus tẽ pore. Verſuſq; per aſtra trames. Zodiacus intelligitur Zonis. Virgilius, quinq; tenent cœlum zonæ. Marti anus faſcias appellat: in quinq; zonas mundum eſſe di uiſũ tradũt quar̃ duæ extremæ frigidæ ſunt: media adu ſta. intermediæ tẽperatæ. nomina ear̃ hæc ſunt. Arctica quæ latine ſeptẽtrionalis. Therinea quæ a nobis æſtiua lis. Iſomerine quæ aliter æqnoctialis. chimeriæ quæ hye malis. nouiſſima dicit̃ notios a græcis: quã latini auſtra lẽ nũcupauerunt. Exemplũ graue erit calchas. Exẽplo chalcantis oſtendit Auruſpicinã eſſe mẽdacẽ: & aruſpicẽſ Arioloſq; uanidicos: chalcas enim q Ariolandi ſcientia erat præſtãtiſſimus cecinit græcos in patriam euerſa Tro ia uictores ſoſpiteſq; redituros: qd ſecus accidit atq; p̃di xerat: cũ oẽs pene apud caphareum euboicu; naufragio extincti fuerint: qd ſupra memorauimus. meli⁹ ergo claſ ſis græcorum hæſiſſet in aulide: cuius ſoluẽdi cã fuit ua ticinus chalcas q ſuaſit ſanguine iphianaſſeo dianam eẽ placãdã. Excidiũ græcor̃ fuit ſolatium troianor̃: unde admonet Troiã ut ſupprimat flet⁹: cũ euboici ſinus fue rint ei⁹ cladis ultores. Nauplius ultores. Nota res eſt quẽadmodũ nauplius palamedis pater ut ulciſceret̃ filii necem: eleuata facula ſignũ dedit ex caphareo p̃mõtorio græcis naufragio laborãtibus: q credẽtes illos ignes indi care portũ tutiſſimũ iter aſperrimos ſcopulos naufragiũ pertulerũt. & ita græci diſtecti natabãt: qui a ſpoliis exu uiiſq; Troianis in naufragio opprimebantur. Victor oilide. Inſultat aiaci oilei: qui furiis amoris agitatus uatẽ caſſandrã in tẽplo mineruæ deuirginauit: quæ dicit̃ fu iſſe potiſſima cauſa naufragii græcor̃: ut ait Maro ĩ. xi.

Aut ſi quis motas cornicis ſenſerit alas
Vmbraq; nec magicis mortua p̃dit aqs.
Aſpicienda uia eſt cœli uerſuſque paſtra
Trames: & ab zonis q̃nq; petenda fides.
Exẽplũ graue erit calchas: nãq; aulide ſol
Ille bene hæretes ad pia ſaxa rates. Cuit
Idem agamennoniæ ferrũ ceruice puellæ
Tinxit: & atrides uela cruenta dedit.
Nec rediere tamen danai: tu diruta fletũ
Supprime: & euboicos reſpice troia ſin⁹
Nauplĩ⁹ ultores ſub noctẽ porrigit ignes
Et narat exuuiis græcia preſſa tuis.
Victor oilide rape nunc & dilige uatem
Quam uetat auelli ueſte minerua ſua.
Hactẽ⁹ hiſtoriæ nũc ad tua duchar aſtra
Incipe tu lachrymis æqu⁹ adeſſe nouis.
Vmbria te notis antiqua penatibus edit
Mẽtior an patriæ tangitur ora tuæ.
Qua nebuloſa cauo rorat meuania cãpo
Et lacus æſtiuis intepet umber aquis.
Scandentiſq; axis conſurgit uertice mur⁹
Murus ab ingenio notior ille tuo.
Oſſaque legiſti non illa ætate legenda
Patris: & in tenues cogeris ipſe lares.
Nã tua cum multi uerſarent rura iuuenci
Abſtulit excultas pertica triſtis opes.
Mox ubi bulla rudi demiſſa ẽ aurea collo

Vaté. caſſandrã. qdã codices habẽt raptã. & eadẽ ſignificatur. Nũc ad tua deuehor aſtra. Reuertor inqt mathematicus ad tuã o Propti cõſtellationem atq; horoſcopon: cuius patriã dicit eſſe meuaniam in umbria: & obitũ parentũ ſubhaſtationemq; bonor̃ factam ex cõſtellatione collecta denũciat. Scandentis axis. cli uum aſſurgentem uocat axem ab altitudine. uel axis intelligit̃ nomen ipſius Cliui. Tuo. Scilicet Propertii. Non illa ætate. Quia iuuenis periit. Et lacus umber. Velinos lacus an cutiliæ lacum intelligit: qui tamẽ ſunt magis in ſabinis q̃ in umbria: ſed eos nar fluuius defert ſecum: qui labitur per narniam umbriæ oppidu; quod antea nequinum eſt uocitatum. Iuxta meuaniam fluit Teneas: cuius meminit Strabo in quĩto. Ma gicis aquis. Necromantici ſanguine utuntur aqua commiſto ad necromantiam exercendam: quoniam demo nes ſanguinem amare dicuntur: ſicut ſcriptum eſt in decretis uigeſimaſexta queſtione quinta. Hydromãtici ue ro ab aqua dicti ſunt. eſt enim hydromantia in aquarum inſpectione umbras euocare & ludificatiões demo num uidere: a quibus futura cognoſcimus. hydromantiæ peritum fuiſſe numam pompilium: autor ẽ Augu ſtinus in ſeptimo de ciuitate dei. Hoc genus diuinatiõis: ut refert. M. Varro: a p̃ſis allatũ fuit. Pertica triſtis: Subhaſtatio ſignificatur bonorum Propertii, quæ fit poſita haſta: quam nũc perticam triſtẽ appellat. Cicero. Dum homines perditi haſtã illam cruentã & meminerint & ſperabũt. & Mox ait. a ſceleratiore haſta nõ receſ ſit. Idem in philippicis. Haſta cæſaris inquit multis ĩprobis & ſpem affert & audaciã. Itaq; haſtã ſemp cupiũt uidere hi qui noſtris bonis ĩminent quibus omnia pollicetur Antonius. Tertulianus haſtariũ appellat id ge nus uẽditiõis: quæ ſub haſta fit: qdam ĩtelligunt de haſta centũuirali. p̃babilior eſt prima ſententia. Bulla aurea. ait mathematicus. Propertiũ factũ eſſe poetã cum depoſitis puerilibus ĩſignibus ſumpſit togam uirilẽ.

bulla ornamentum eſt pueris in genuis attributum: quam figura cordis formatam ante pectus annectebãt: ut illam inſpicientes ita demum ſe homines cogitarent: ſi corde præſtarent. quidam putant teſte Macrobio hoc a priſco Tarquinio fuiſſe inſtitutum: ut pueri patritii bulla aurea cũ prætexta toga uterentur: de qua ita ait Aſconius. Bulla ſuſpendi in collo infantibus ingenuis ſolet aurea libertinis ſchortea. Idẽ Pli. in. xxxiii. Mos bullæ durauit: ut eo⁹ qui equo meruiſſent filii id inſigne geſtarent: Cæteri lorũ: hinc eſt illud a poeta ſatyrico dictũ. Aut ſignum de paupere loro. Ante deos. ſ. lares, apud quos pueri generoſi: ut inqt Porphyrio: egreſſi pueritiæ annos bullã auream ſuſpẽdere cõſueuerãt. Perſius. Bullaq; ſuccinctis larib⁹ donata pepẽdit. Libera ſumpta toga. in liberalibus dabat᷑ pueris toga quæ libera nominatur. Cur hoc fieret cãs refert Ouidius in faſtis: quas illic legere poteris cum uoles: ubi hoc imprimis refertur. Ideo dari togam liberam, ut liberiorem uitam ingrediãtur. hanc eſſe exiſtimo illam quæ dicitur pura: qua: ut ait Plinius: tyrones induuntur. quam Cicero filio ſuo ſe dediſſe Arpini ſcribit in epiſtolis ad atticum: quo autem die toga pura ſumebatur: is dies tirocinii dicebatur. cui⁹ mentio fit apud Tranquillum in auguſto. & in caligula & ille qui in foro primum eloquentiam auſpicabatur: tyro dictus eſt: ut docet Seneca libro tertio declamationũ.

Matris: & ante deos libera ſumpta toga.
Tũ tibi pauca ſuo de carmine dictat apollo
Et uetat iſano uerba tonare foro. (ſtra
Et tu finge elegos fallax opus hæc tua ca-
Scribat ut exemplo cætera turba tuo.
Militiã uenerís blandis patiere ſub armis
Et uenerís pueris utilis hoſtis eris.
Nã tibi uictrices quaſcũque labore paſti
Eludet palmas una puella tuas.
Vt bene cũ fixũ mento diſcuſſerís uncũ
Nil erit: hæc roſtro te premet anſa ſuo.
Illius arbitrio noctem lucemque uidebis
Gutta quoq; ex oculis nõ niſi iuſſa cadet
Nec mille excubiæ nec te ſignata iuuabũt
Limina, perſuaſæ fallere rima ſat eſt:
Nũc tua uel mediis puppis luctet᷑ i undis
Vel licet armatis hoſtis inermis eas:
Vel tremefacta cauo tellus deducat hiatũ
Octipedis cancri terga ſiniſtra time.

Fabula uertumni.

QVid mirare meas tot in uno corpore formas
Accipe uertũni ſigna pr̃na dei.
Tuſcus ego tuſcis orior: nec pœnitet inter
Prælia uolſcinos deſeruiſſe focos.

Inſano foto. Litigioſo. epitheto eſt accommodatum. Ita Virgilius inſanumq; forum. Hæc tua caſtra, eris i quit miles cupidinis & in caſtris amatorijs: non mauortiis militabis: & ſcribes elegiaca poemata. Veneris pueris. ſ. cupidinibus. Hoſtis. emẽda hoſpes. ſignificat enĩ ꝓpertium futurum eſſe amicum utilẽ cupidinib⁹. Di ſcuſſeris uncũ. metaphoricos ait quo magis te amoris iugo ſubducere conaberis: hoc arctius alligaberis. Ita Plautus in aſinaria. Quam magis te in altum capeſſis tã æſt⁹te in portum refert. per uncum accipe cupidinis clauum: quo ut inquit Plautina lena fixus eſt animus amãtis. & unco trahebantur capite dãnati: & in gemonias abiiciebant᷑: ſicut ſæpiſſime leges apud hiſtoricos. Ab unco uncinus ꝑ diminutionẽ figurat᷑: qua dictiõe uſus eſt Hieronym⁹ interpres inſtrumẽti ueteris. unci iter utẽſilia ruſtica na numerant᷑. Cato. uilic⁹ hẽat uncos ferreos tres. Nec nullæ excubiæ. legendũ eſt mille: mendoſa enĩ dictio eſt nullæ. & limina ꝓ lumina. Prima ſat ẽ. Vnius litteræ detractiõe dictio emendãda eſt: ut ꝓ prima legas rima. ẽ enĩ ſenſus. fœmina q̃ deſtinauit fallere amatorem: nullis cuſtodiis, nullis forib⁹, nullis clauſtris cuſtodiri põt. Cũ uel unica hoſtii rima ſufficiat illi ad fallendum: per quam adulter⁹ alloquatur. & ita tiſbe ut cecinit Ouidius: per rimam cum piramo amatore conſtituit locum tempuſq; paleſtræ uenereæ. Nunc tua. Senſus eſt. o properti tibi metuendum nec eſt naufragium nec in bello nec terræmotu morieris. ſolus timendus eſt cancer cœleſte ſydus, qui tibi minitatur. tanq̃ Propertius in horoſcopo habuerit cancrum: quem occipedẽ appellat a numero pedum, ſicut Ouidius. Octipedis fruſtra quæruntur brachia cancri cancro⁹ plura ſunt genera. paguri, heracleotici, hypeæ, carabi, leones & alia ignobiliora. cancris uita longa: pedes octoni: oẽs in obliquum flexi, præterea bina brachia denticulatis forcipibus: autores Plinius in nono & Ariſtoteles in quarto de animalibus. cancer ut poetæ fabulantur. & refert Higinus: iunonis beneficio inter aſtra collocatus eſt. propterea q̃ pedem herculis mordicus arripuiſſet. In cancro ſunt ſtellæ numero duodeuiginti. cancer his quos naſcẽtes aſperxerit: ut inquit Manilius: attribuit uarios quæſtus arteſq; lucrorum.

Alia Elegia.

QVid mirare meas. Vertumnus deus ẽ uertẽdar⁹ re⁹ hoc ẽ emẽdar⁹ ac uedẽdar⁹: q in uico thurario romæ ſacellum hũit. ut tradit Porphyrio: de quo ita ſcribit Aſconius. ſignũ uertũni in ultimo uico thurario eſt ſubbaſilicæ angulo flentib⁹ ſe ad dextrã. uertũnus aũt deus ẽ uertẽdarum rerum hoc eſt mercaturæ. uertũnalia dies feſtus a uertumno dictus: cuius feriæ fiebãt octobri menſe: ut memorat Varro. Hic amauit pomonam, cuius fabula narratur ab Ouidio in quartodecimo. inducitur hoc loco uertumnus referens ſuam multiformem poteſtatem & cauſas cur uertumnus nuncupetur & locum indicans ubi romæ colatur. Tuſcus ego: Vertumnus: ut ſcribit Varro: romæ in uico tuſco colebatur: ꝙ is deus ethruriæ princeps erat & ideo poeta deum eſſe dicit uolſcinienſem: q ſunt populi in ethruria: qd̃ oppidũ tuſco⁹ quondã opulentiſſimũ cõcrematũ ẽ fulmine, ut tradit Plinius: qui teſte Floro aliquãdo i plorarũt opẽ a romãis aduerſus ſeruos: q libertate in dños abutebant᷑: & trãſlata in ſe, repu. dñabant᷑: q ſuæ temeritatis pœnas dederũt a fabio gurgite male mulctari, ſcribit Tertullian⁹ in apologetico uolſcinienſiũ deũ

peculiarem fuiſſe nortiá q̄ autore Liuio dea eſt ethruſca. ſub cui⁹ noīe ſortē fortunāq; ſignificari docet Martianus capella ī libro de nuptiis philologiæ: qđ iō dixim⁹: quia interptes Iuuena. nuſq̄ ſe legiſſe dicūt. Nortiá accipi ꝓ fortuna. ait Verūnus ſe nulla affici penitudine ꝙ focos patrios & genitale ſolum deſeruerit ethruſcoſq; urbe roma mutauerit. Nec turba. ſ. romana. Ille. Tiberis. Alūnis. Romanos itelligit. Alūnus nō ſolū is ſignificaſ: q alitur & educaſ: ſed ēt interdū accipiť ꝓ eo q alit: qđ uno qđē exēplo: ſed inuincibili: comprobari pōt. ſcribit. n. Auguſtin⁹ in. vii. de ci. dei. priſcos romanos ſoui multa indidiſſe cognomēta ꝓp multas ptātes: inter q̄ alūnū cognominauerūt ꝙ oīa. ſ. aleret tā iuſte ergo reſpndi pōt laurētius Vallenſis q̄ ipe iniuſte Noniū Marcellū inſectaſ ſup alūni ſignificatiōe. Verumnus uerſo. Ritu etymologici affert ſui noīs interptamentū tanq̄ uerūnus dicaſ a uerſo mutatoq; curſu fluminis tiberini: qđ ſentit Ouidius illo uerſu in quarto faſtoꝝ. Nomē ab auerſo cepat anne deus. qđ autē tiberis curſum mutauerit poetæ hiſtoriciq; teſtāť. & ut ait Porphyrio ab aggripa detiuatus eſt q̄ nunc uadit cum antea flueret per uelabrum. Anni uertentis. ſcđa cā noīs ab anno uertēte: qđ epitheton anno optime quadrat. quod ne temere dictū putes: ſcito ueteres annū appellitaſſe uertentē: cū ſol ad ſignū unde cepat rediit. autores Victruuius & cēſorin⁹. & priſci frequēter hoc ſermone uſi ſūt: ut Tranquil. & Plau. unde a Iuuenale dictū eſt. Et cū ſe uerterit annus. Cicero & Macro. Annū q mūdan⁹ q maximus uocaſ uere uertētē autumāt: q a cōuerſiōe plenæ uniuerſitatis efficitur. Prima mihi. Verūno primum dicebanť fructuū primitiæ. unde ait Oui. qđ quæ tibi poma coluné. Prim⁹ hēt: ictaq; tenet tua munera dextra.

Lactēti fruge. Priſci lateſcētibus frugib⁹ ꝓfecerūt deam lacturciā. fruges a fruendo dicunť ut iterptať Varro. exiſtimat Dona. fruges a frumine nūcupari. eſt aūt frumen pars colli ꝓ qđ cibaria delabunť. Scribit Vulpian⁹ frugē ꝓ reditu accipi nō ſolū qđ ex frumētis & leguminibus capiať: uerū ēt qđ ex uino & ſilua cedua. Iulianus ait fruges oēs eē qbus hō ueſcatur: qđ falſum ē. nō eni carnes & aues fruges dicuntur. poma quoq; nō dici fruges autumat iuriſcōſult⁹: cui⁹ opinionē refellūt Plini⁹ & Tacitus: q arbores frugiferas appellāt: quæ ſunt pomiferæ.

Cū pri⁹. Corrigendū eſt cū pirus: & loqtur de ea inſitione de qua locutus ē Virgi. Mutatāq; inſita mala Ferre pirū. inſitionū aūt plura ſunt genera: Náq; inſerim⁹ aut ſub cortice aut in trunco: aut emplaſtratiōe ſiue iocu latiōe. Docet Columella īſitionē aliam ab ipo reptam.

Hic dulces ceraſos. Lucullus prim⁹ ceraſia ex pōto ꝓpmulgauit italiæ ut ſcribit Tertulianus in apologetico. autor eſt Hieronymus in epiſtola ad Marcellā ceraſa nō mē accepiſſe de ceraſunto patria unde a luculo delata fuerunt poſt uictoriam mithridaticam. Ceraſis duratiuis datur pricipat⁹: q̄ cāpania Pliniana appellat. Iuliana ſunt grati ſaporis. Aproniana maxime rubēt: nigerrima ſunt actia: ceciliana rotūda. chameceraſos uocat Plinius humiles ceraſos. paruæq; arboris. Autūnalia pruna. Serotina ſignificat. laudatiora pruna ſunt cerina atq; purpurea. Mora rubere. Arbor mori ſit ferax & alta: ut inquit Palladius: ſi pforato hinc inde trunco ſingulos cuneos inſeramus: terebinti hinc. inde lentiſci moris trini ſunt colores teſte Plinio. cāpidus. rubēs. niger. inter prima matureſcūt. Exiſtimat catius Horatianus illū ſalubres ætates peractuꝝ qui nigris prandia moris finiet: ante grauē quæ legerit arbore ſolē. Inuito ſtipite. Recuſanti ferre alienos fruct⁹ & nō ſua poma: ut ait Maro. ſcribit Ariſtoteles in libro de plātis meliorem eē inſitionem quæ fit in arboribus ſui generis ueluti fici in fico. nucis in nuce: & piri in piro. Cūctis figuris. Ita Tibul. loquens de uertumno ait: Mille habet ornatus mille decēter habet. Alius mihi nominis index. Tertia cauſa nominis uertumni refertur: ꝙ ſcilicet uertatur in quācunq; figuraꝝ. & ſuper hoc multa facundiſſime ingenioſiſſim⁹ poeta ſcribit Ouidi. in. xiiii. Indue me chois. De choa ueſte muliebri ſupra dixim⁹ affatim. indut⁹ inquit uertumnus ueſtibus chois uidebor fœmina nec qſpiā uiꝝ eē me credet. Da falcem. idē Oui. Falce data frondator erit. Corbis. ſi ſumpſero inquit corbem exiſtimabor eſſe meſſor: corbe enim meſſores utuntur: unde a Cicerone corbis meſſoria cognominatur: qui ſic ait in oratione pro ſeſtio. meſſoria ſe corbe contexit. corbes ab eo dici autumat Varro: ꝙ eo ſpicas aliud ue quid corruebant. Hinc minores dicte corbulæ. Idem Varro ita ſcribit in primo de re ruſtica. Ad corbem meſſi facta ſpicilegium uenire oportet. Cato uillicum dicit habere oportere corbulas amerinas quattuor. amerinæ autē: ut intelligas uerbū Catonianū:

Nec me turba iuuat nec tēplo lætor eburno
Romanū ſatis ē poſſe uidere foꝝ.
Hac quōdā tyberin⁹ iter faciebat: & aiūt
Remoꝝ auditos per uada pulſa ſonos.
At poſtq̄ ille ſuis tantū conceſſit alumnis
Vertūnus uerſo dicor ab amne deus:
Seu quía uertentis fructū ꝓcepimus anni
Vertumní rurſus credidit eſſe ſacrum.
Prima mihi uariat liuētibus uua racemis
Et coma lactentí ſpicea fruge tumet.
Hic dulceſ ceraſos: hic autumnalía pruna
Cernis: & æſtíuo mora rubere die.
Inſitor hic ſoluit pomoſa uota corona
Cum pírus inuito ſtípite mala tulit.
Mēdax fama noces: alius mihí noīs índex
De ſe narranti tu modo crede deo.
Opportuna mea eſt cūctis natura figuris
In quācúque uoles uerte decorus ero.
Indue me choís ſiam non dura puella:
Meq; uiꝝ ſumpta quis neget eſſe toga:
Da falcē & torto frōtē mihí ꝓprime fœno
Iurabís noſtra gramína ſecta manu.
Arma tuli quōdā & memī laudabar ī illís
Corbís ín impoſito pōdere meſſor erā.
Sobríus ad lítes: at cū ē ímpoſita corona
Clamabís capití uína ſubíſſe meo.

Signa putria. Intellige intextas auro effigies in attalicis quæ ob uetustatẽ putrescere uidentur ut fit commẽdatio ab ætate. Venalia thebæ. Egyptiæ thebæ: quæ hortos pẽsiles habent: quæ centum portis inclytæ sũt: quæ carminibus homericis historicorũq; monumentis celebrant. palmis optimis sunt copiosæ: unde & palmiferæ nũc cognominant. quarum fructus thebaides & thebaicæ dicũtur a Plinio in. xiii. & in. xxiii. de qb⁹ intelligendum est apud Papinium illo uersu. Chartæ thebaicæue caricæue: quẽ locũ iterpres syluax perperã interpretatur. scribit Solinus ægyptiã palmã hac peculiari dote esse decoratam: ut sitim sedet. unde & adipsos græcæ est nominata. uenalia autem ex ægypto multa romam deferebant. ergo existimo in hoc loco a poeta significari unguenta quibus conficiendis ægyptus omnium accommodatissima est ut scribit Plinius: & mendesium meropiũq; unguenta in ægypto laudatissima fuerunt. potes etiã intelligere uenalia uasa crystallina: q̃ ex ægypto deferebantur. unde dixit Martialis: Cum tua niliacus portet crystalla cataflus. Murrhea pocula. Murrina uasa significat ex murrha confecta. est aũt murrha gẽma quam oriẽs mittit: quæ inuenitur in pluribus locis parthici regni. primus Pompeius sex pocula murrina ex triumpho mithridatico ioui capitolino dicauit. petronius moriturus crullam murrinam. ccc. sestertiis emptam fregit. autor Plinius. de murrinis poculis intellexit Lucanus illo uersu. Non auro mirrhaq; bibũt. De eisdẽ ait Iuuenalis. Maxima rursus murrina: est q̃dã murrhinis ĩ odore cõmẽdatio ad q̃d allusit Martialis. sic scribẽs in distico. Cuius lẽma ẽ mirrhina. Si calidũ potas ardenti murrha falerno Conuenit & melior fit sapor inde mero. Damnosæ pudicitiæ. epitheton

ex cauſa. erit enim inquit lena tibi cum damno & egeſtate pudicitia: cum commodo autem & opibus adulteria. Precium facit. Senſus eſt fingere q̄ alterum amatorem habeas domi: hoc tibi erit quæſtuoſiſſimu3: uel hoc ait tibi erit lucroſum fingere apud amantem q̄ domi eſt maritus tuus: & ideo ipſum admitti non poſſe. hoc enim amatorem magis incendit & tunc largius dabit. Horatius. Illam poſt paulo ſed pluris ſi exierit uir.

Dilata nocte. In hanc ſententiam loquitur lena apud Ouidium. Sæpe nega noctem capitis modo finge dolorem. Puros ſyderis eſſe dies. Menda eſt in uerſu qui ut opinor ſic eſt emendandus: ut loco ſyderis legas iſidis: & eſt ſenſus uenuſtiſſimus. præcipiens enī lena amātem eſſe omnibus modis torquendum atq̄ emungēdū monet puellam ut ſimulet inſtare ſacra iſidis ſolennia: q̄ bus diebus puellæ a uiris ſecubabant: id quod ſupra dixi mus: unde dies accomodato epitheto puros appellat: q̄ ſi caſtos & pudicos: & quibus nefas ſit propter iſidis religionem: exercere ueneria: & hunc eſſe exiſtimo uerum poetæ uerſum & ſenſum: cui aſtipulatur illud Ouidii. & modo quæ cauſas præbeat iſis erit. Ingerat apriles iole tibi. Docet lena artes: quibus puella ab amatorib⁹ munera ſolerter extorquæat. facito inquit ut iole & amychle quæ ſunt nomina ancillarum ſæpius ingerant tibi & recolant calendas apriles: & idus maias eſſe natalem tuum quibus munera mitti ſolebant. unde ait Maro. Munera mitte mihi me⁹ eſt natalis iola. & huius rei meminerūt ſæpe Martialis & Ouidius. & miror a poeta præteritas eſſe in hoc loco martias calendas: quæ ſaturnalia mulierum appellat Martialis. quoniam munera illo die puellis miſſitabantur: cuius rei frequens eſt mentio apud priſcos ſcriptores: & a Iuuenale calendæ fœmineæ appellantur illo uerſu: Munera fœmineis tractas ſecreta calendis.

Et ſimulare uiꝝ preciū facit. utere cauſis:
Maior dilata nocte recurret amor.
Si tibi forte comas uexauerit utilis ira:
Poſt modo mercata pace premēdus erit
Deniq̄ ubi āplexu uenerē ꝓmiſeris ēpto
Fac ſimules puros ſideris eſſe dies.
Ingerat apriles iole tibi tundat amycle
Natalem maiis idibus eſſe tuum.
Supplex ille ſedet poſita tuſcribe cathedra
Quidlibet has artes ſi pauet ille tenes.
Sēper habe morſus circa tua colla recētes
Litibus alterius quos putet eſſe datos.
Non te medeæ delectent proba ſequacis
Nempe tulit faſtus auſa rogare prior.
Sed potius blādi thais precioſa menādri
Cū ferit aſtutos comica mecha getas.
In mores te uerte uiri ſi cantica iactat
I comes & uoces ebria iunge tuas.
Ianitor ad dandas uigilet: ſi pulſet inanis
Surdus in obductā ſomniet uſq̄ ſeram:
Nec tibi diſpliceat miles nō factus amori
Nauta nec attrita ſi ferat aera manu.
Aut quoꝝ titulus ꝑ barbara colla pepēdit
Celati medio cum ſaliere foro.

Poſita cathedra. Fœmineam cathedram intelligit de quib⁹ Martialis. Inter fœmineas tota qui luce cathedras & Horatius. Diſcipulorū inter iubeo plorare cathedras. & Calphurnius in bucolico ludicro. Inter fœmineas ſpectabat turba cathedras. ide Seneca philoſophos effœminatos cathedrarios eleganter appellat. Tenes. i. habes amatorem mancipatum & tibi obnoxium. Morſus. Liuores intelligit quos mordicus impreſſerit alter amator. Simillima eſt naſonis illa ſuia. Ille uiri uideat toto ueſtigia lecto: Factaq̄ laſciuis liuida colla notis. Medeæ ꝑbra. Noli inqt cōuitia & maledicta ꝓbroſa dicere amatorē: qb⁹ uſa ē in Iaſone medea: ut apud Senecā tragicū ſcriptū é. ſed potius adhibe blandiloqua uerba: qb⁹ thais a menādro deſcripta utebat ad ſeruos amatorū mitigādos. uel hoc poti⁹ dicit. noli tu prior rogare amatorē: ſicut fecit medea: q̄ prima iaſonis amore ſuccēſa ē: ut nota ē fabula: unde meruit deinde a iaſone p quēdā q̄ſi faſtū repudiari: qſido ille mea repulſa duxit uxorē creuſam filiā creontis regis corynthiorum. Sequacis. Quæ ſecuta eſt iaſonem. alias perſecutrices ut expoſuit Seruius illud uirgilianum. Maleæq̄ ſequacibus undis. Thais precioſa. De thaide ſupra dictum ē: quā precioſam appellat. Quia grande precium exigebat ab amatoribus. Quidam codices habent prædoſa quaſi plena prædæ amatoriæ: quod non diſplicet. Comica mecha. meretrix dicitur comica: quæ a comicis poetis effingitur qui perſonas rebus competentes accommodant: qui faciunt meretrices procaces & illudentes: lenones periuros: ſeruos callidos: amatores feruidos: paraſitos edaces: patres tenaces: ſodales opitulatores: milites gloriabundos. Aſtutos getas. Geta & Dauus nomina ſunt ſeruilia. nam ſeruos priſci a populorum nominibus uocitabant a quibus uectabantur: ut lydum & ſyrum. & cum athenas mancipia uenalia deportarētur ex getis daciſq̄: q olim daui uocati ſūt: ſeruos appellabāt getas & dauos: ut docet Strabo. i. vii. et hinc poetæ comici ſeruos frequenter his uocitant nominibus. Obductam. Clauſam. Miles non factus amori. Nullum reiicias inquit qui precium attulerit: etiā ſi nauta erit: ſi miles alienus a rebus amatoriis. Ariſtoteles: tamen ſcribit in ſecundo politicorū militares homines ferme oēs eſſe obnoxios mulieribus: unde nō irrationabiliter fabulati ſunt uenerē marti eſſe cōiunctā: quoniā id genus hominum pronum ē ad ueneria. Attrita. ſ. exercitatione ſeruili: quales ſunt manus operariorū calloſæ et ferramētis attritæ: et ita docet lucrum etiam ex ſordidiſſimis hominibus eē expetēdū: iuxta illud Iuuenalis. Lucri bonus é odor ex re q̄libet. Aut quoꝝ titulus. Nec diſpliceāt inqt tibi gladiatores barbarici: q ſi collo titulū geſtāt et ī foro tecti galea digladiātur: ut exponas celati ꝑ eo qd ē ſub galea occultati. uel qd uerius ē: ſignificāt ſerui ſtigmatici et frōte notati: q uirgiſ ob maleficia in medio foro ceſi ſaliebāt: qd ſupplicii genus dicimus ſcopare: quo uerbo uſus eſt Hieronym⁹ in interꝑtatiōe Iſaiæ dicens. Scopabo babylonē in ſcopa terrens dicit dominus exercituū. ſcribit Liui⁹ q̄ qdā

paterfamiliæ ſeruũ ſub furca ceſum medio egit circo ante cõmiſſum ſpectaculum. & ita celati dicuntur inſcripti fronte & cauterio notati. in hanc ſententiam eſt illud naſonis. Nec tu ſi quis erit capitis mercede redempt⁹: Deſpice gypſati nomen inane pedis. Verſibus auditis. Hoc propter Propertium dicit lena: qui uerſus pro põcio more poetarum dabat amicæ. Dum rugis integer. Sanguis dicitur integer ĩ iuuene qui ſene diminuitur: ut inquit Ariſtote. unde ait Plautus in mercatore. Adoleſcens cum ſis: tunc cum eſt ſanguis integer. & dixit Maro. Vos o quibus integer æui Sanguis ait. tunc integri ſumus & immunes a rugis: quæ corpore ſenſcente proueniunt. unde ſenes rugoſos appllat Lucilius illo uerſu. Rugoſi paſſiq; ſenes eadem omnia quærũt.

Aurẽ ſpectato nõ q̃ manus afferat aurum
Verſibus auditis quid niſi uerba feres.
Q ui uerſus cœæ dederit nec mũera ueſtiſ
Ipſius tibi ſit ſurda ſine arte lyra.
Dũ uernat ſanguis dũ rugis ĩteger annus
Vtere ne quis eat liber amore dies.
Vidi ego odorati uictura roſaria pæſti
Sub matutino cocta iacere noto.
Hic aĩos nr̃æ dum uerſat acanthis amicæ
Per tenues oſſa ſunt numerata cutes:
Sed cape torq̃tæ uenus o regina colũbæ
Ob meritũ ante tuos guttura ſecta focoſ
Vidi ego rugoſo tuſſim concreſſere collo
Sputaq; per dentes ire cruenta cauos.
Atq; aĩam in tegetes putrẽ expirare pr̃nas
Horrui & algenti pgula curta foco:
Exequiæ fuerant rari furtiua capilli
Vincula: & immundo pallida mitra ſitu
Et canis ĩ noſtros nimis exprecta dolores
Cũ fallenda meo pollice clatra forent.
Sit tumulus lenæ curto uet⁹ amphora col
Vrgeat hũc ſupra uis caprifice tua:: (lo
Q uiſq; amas ſcabris hoc buſtũ cedito ſa
Mixtaq; cũ ſaxis adiice uerba mala. (xis

Roſaria peſti. Peſtum oppidum eſt lucaniæ a græcis poſſidonia appellatum: roſetis inclytum. unde roſæ peſtanæ laudantur. Virgi. Biferiq; roſaria peſti. Martialis. Peſtanis rubeant emula labra roſis. Plinius celeberrimã dicit eſſe roſam præneſtinam atq; campanam. Cocta iacere. Putria flaccidaq; marceſcere: iuxta illud Virgilii: & dum naſcuntur conſenuiſſe roſas. inquit lena. Exerce re formam: & fugientibus utere donis: & memor eſto æuum ſic properare tuum. His animis. Hactenus loq tur lena. Acanthis. Nomen eſt lenæ in hoc loco: alibi nomen auiculæ: q̃ teſtib⁹ probo & Seruio dicta ẽ latine carduelis a carduo. de q̃ calphur. Vt uiĉat acãthida cornix & Maro. Reſonãt & acãthida dumi. acãtha græcæ ſpinã ſignificat: uñ nõ iſcite nomẽ hoc lenæ accõmoda tũ ẽ: ut apd Oui. a ſiti lena diſpas noiat. Sed cape tor. Poeta cũ uideret lenã tuſſi confectã animã expirare in uilliſſimis tegetibus: ueneri ob hoc beneficium ſacrificat columbam: quam torquatam appellat a torque quo colũborum colla diſtinguuntur: & ut ſcribit Albert⁹ magn⁹ columba auri ſplendorem in pennis colli ſui intuẽs oblectatur. Martialis. Inguina torquati tardant hebetãtq; palumbi. Tegetes paternas. Quidam codices habent parentes: ut oſtendat egentiſſimam fuiſſe lenam quæ in tegetibus undiq; apertis & rimoſis animam expiraſſet.

Algenti foco. Antitheton eſt decẽtiſſimũ. foco enim q calidus eẽ ſolet oppoſuit algẽti: ut. ſ. expũſſius lenæ mẽdicitatẽ demõſtraret: cui⁹ focus algebat: nec ullo igniculo caleſcebat. unde uerbo accõmodatiſſimo uſus ẽ horruit: cũ horror ſit frigus: quo totũ corpus ĩtremiſcit: quid ſi legas horrui. & ut ſint duæ dictiões: & hoc ad poetã referat̃ q dicit ſe horruiſſe uiſis poculi ĩ algẽti lenæ foco.

Pergula curta. i. mutilata & fracta. ita Mar. Nec curtus chiones antiopes ue calix. qd ſi legas. ptica curta. ut ſit ſenſus p ligno repoſitã fuiſſe ſup lenæ foculo pticã: nec eã qdẽ itegrã: q̃ nõ calorẽ faceret ſ; horrorẽ. utraq; lectiõe ſignificat̃ lena mẽdiciſſima & egẽtiſſima. Exequiæ. Põpã funebrẽ lenæ deſcribit: ĩ qua nihil fuit p ter uittã & mitrã ſitu uetuſteſcẽtẽ: et caniculã ipſi poetæ infeſtiſſimã. ſupra dictũ ẽ quemadmodum imagines cæreæ comitabant̃ funera gentilia. nũc lena imaginũ habet ꝓſcriptã põpam. Cultra forẽt. nullus eſt ſenſus & nulla latinitas: ſi cultra legamus. nos emẽdauimus clatra: ſunt ãt clatra ſiue clatri. utrũq; enim dicit̃: ligna: quibus tranuerſis aliquid munimus ſepimuſue ut feneſtras: q̃ ob'id clatratæ nominãtur. & clatrare uerbũ eſt qd̃ ſignificat clatris claudere: quo Columela et Plaut⁹ utunt̃. ſenſus poete ẽ. ĩ exequiis mẽdiciſſimæ lenæ erat canicula q̃ ad amicã euntẽ me ſemp'allatrabat: cũ clatra eſſent clanculũ meis manib⁹ inſertis diſcludẽda. poſſumus legere clauſtra. et erit ſenſus aptior: prima lectio uenuſtior eſt et uerbis iuerſis accõmodatior. Sit tumulus amphora. Imp̃catur poeta ut cineres lenæ ſepeliant̃ ĩ amphora q̃ ſit curto hoc eſt mutilato collo et cũ amphora ſit uas utnariũ et cũ ſupra lenã biboſam eẽ ſignificauerit decẽter optat ut amphora illi ſit p ſepulchro.

Vis caprifice tua. Caprificos ſolitas enaſci ĩ ſaxis et ſepulchra diſcutere teſtes ſũt Iuuenalis. Ad quæ diſcutiẽda ualẽt ueteris mala robora fici. et Martia. Marmora meſſalæ ſcindit caprific⁹. ficetis caprificus miſcet̃ quoniam ex ea culices generãtur. qui teſte Plinio apiẽtes ora ficorum ĩmittũt auras cereales. et inducũt ſuccũ mitiorem. caprificationẽ uero uocamus remediũ arborum cum corticẽ aſtrictã plus iuſto crebris inciſuris diduximus ac laxamus: et cicatrices ita dilatatæ ſalutares ſũt. et apud Plinium titulus eſt de caprificatione. neſcio tamen an ita ſit legendum. nam ſi audendum eſſet corrigerem de ſcarificatione. et ubi ait caprificatio q̃dam in remediis legerem ſcarificatio. inciſuris enim diuidere corticem et laxare cutem arborum ſcarificatio magis eſt q̃ caprificatio: et ſcarificare quidam ſimile ſignificat. optat poeta ut caprificus ſupra tumulum lenæ naſcatur: et illum ſua ui ſuaq; pollentia ꝓmat. Quiſquis amas. Hortatur amatores ad percutiendum lenæ buſtũ hoc eſt ſepulturam et diras imprecationes faciendas.

Alia Elegia.

SAcra facit uates. Facturus ſacrificiū poeticum optat ſilentiū & fraudibus fugatis pura laurea coronari. Ora fauētia. Verba ſūt ſacro⁹ p quæ taciturnitas denūciatur: qđ optime oīum docet Seneca in libro ad gallionē de uita beata: cuius uerba hæc ſūt. Fauete līguis hoc uerbū nō ut plerīq; exiſtimāt a fauore trahit', ſed impatur ſilentiū ut rite pagi poſſit ſacrificiū: nulla uoce mala obſtrepente. quotiēs ergo legeris apud poetas: leges aūt ſæpiſſime: ore fauete & fauete linguis: ſcito ſilentiū ſignificari. uetus etiā uerbū eſt paſcito linguā: qđ in ſacrificiis dicebatur qđ ſignificat coercito contineto taceto: in ludis uero: ut inquit Seruius: ore fauere ſignificat dicere bona uerba: quia in illis neceſſarius eſt fauor. Cæra philitheis. Libet mihi gloriari: citra tamen inſolētem gloriationem me hunc locum: qui hactenus in omnibus codicibus mendoſus fuit & mendoſe lectus eſt: emendaſſe: & in ueram ſcriptionem redegiſſe duarum litterarum inuerſione: ut pro philippeis dicamus philitheis & eſt ſenſus: uerſus mei elegiaci. hoc. n. ſignificat cæra romana: certent cum corona hederacea: qua coronatus eſt philetas apud græcos elegiograph⁹ poeta: & his meis ſacris aquæ cyreneæ miniſtrentur: hoc eſt tales quales bibit callimachus: & ita uelata inſinuatiōe & poetica figuratione oſtendit ſe emulum eſſe philethæ & callimachi: quorum ſupra meminimus. Cyreneas. Propter callimachum dictum eſt: qui fuit cyreneus. cynerem in africa ciuitatem inclytam condiderunt therei qui theram inſulam coluerunt quæ olim caliſto dicebatur ut callimach⁹ ait. Noīe caliſto primū ſed poſtmodo thera dicta fuit tellus urbis origo meæ: dicūt cyrenā a batto cōditam Strabo Herodotus & Iuſtinus: qué callimachus ait, pgenitorē ſuū fuiſſe, unde battiades ab Oui. & Catullo nūcupatur. ex cyrene præter callimachū illuſtres fuerūt multi & īprimis Areſtipus cōditor ſectæ cyrenaicæ. Coſtū Frutex eſt coſtū: cuius duo genera ſunt nigrū: & qđ melius cādicās odore eximio: ut ſcribit Pli. ī. xii. Hor. Achamenīūq; coſtū. ſacris īqt poeticis adhibeat' coſtū una cū thure quo ſuffire ſolemus tēpla & aras uaporare. Laneus orbis. Lanea corona ſignificat'. & antiqſſimū fuit gen⁹ coronar⁹ lanear⁹: ut ait Feſt⁹: quæ lemniſcate dicūtur ab hiſtoricis: quoniā lemniſci: q̄ ſunt faſciæ coloratæ: illis adiicebant': & aliquādo erāt diſcolores: & ut ſcribit Pli. ī. xxi. Ethruſcis corōis lēniſci niſi aurei iūgi nō debēbāt puri hi diu fuerūt. celare eos prim⁹ inſtituit Clodi⁹ pulcher. quib⁹ uerbis lēniſci a Plinio accipi uident' p foliis & bratheis. Spargite me lym. Ritus purgationū hic obſeruat' apud antiquos ut diis ſupis ſacrificaturus corpis ablutiōe purgaret': cū uero inferis litādū ē ſola utunt' aſpſiōe, autor Macro. in. iii. ſaturnaliū: unde ait Virg. de ſacris inferor⁹ loquēs. Dic corp⁹, pperet fluuiali ſpargere lympha. de ſacris uero ſupor⁹ inqt. Donec me flumine uiuo Abluero. ſpargite uī dcm̄ p abluite cū ſuperis ſacrificet. Mygdoniis cadis. Cadi uaſa ſūt q̄b⁹ uīna cōdunt': qđ Nonii ueterūq; autoritate notiſſimū ē. uinū aūt diis libari ſolitū nemo nō nouit: & olī numa lege nephas ſtatuit uina libari ex uite īputata. Papyri⁹ dimicatur⁹ uotū fecit: ſi uiciſſet hoſtes: ioui poculū uini. Romulū lacte nō uino libaſſe tradit Pli. mygdonios appellat a regiōe mygdonia: q̄ ante bebrycia dicta eſt mox a bithyno rege bithynia: ut ſcribit Solin⁹. qd ſi legas modis, p cadis: ut ſit ſenſus. uolo īqt ut tibia libet hoc ē ſacrificet ſuis modulis mygdoniis. & ita uult adhiberi ſuis ſacris muſicā phrygiā: q̄ religioſa ē ut īqt Apule. ī floridis: & dithyrāb⁹ manifeſte uī cē phrygi⁹: ut docet Ariſto. ī. viii. politicor⁹. mygdoniā aūt dici phrygiā teſtis ē Porphy. dicēs a mygdone rege mygdoniam noīari & īdicat Hora. illo uerſu: aut pinguis phrygiæ mygdonias opes: q̄ aūt tibicines ad ſacrificia adhibeant' nemo eſt q̄ neſciat. & olī cū tubicines uno agmine tibur abiiſſent: rōāni tibur miſerūt ad tibicines repetēdos: qm̄ nemo erat: q̄ ſacrificiis p̄cineret: hiſtoriā tradūt Liui⁹ Plutar. Valerius: & carmine cecinit Oui. & ego exiſtimo hanc cē ueram. Proptii lectionē ut modis potius legas q̄ cadis. Plura laurea. Tanq̄ ſcripturus ſtilo grandiloquo res grādes optat coronam lauream: qua epici poetæ coronantur. Alia Elegia.

De Sacrificio.

SAcra facit uates ſint ora fauē
tia ſacris
Et cadat ante meos iacta iuuē
ca focos.
Cera philetheis certet romana corymbis
Et cyreneas urna miniſtret aq̄s (nores
Coſtū molle dare & blādi mihi thuris ho
Terq; focum circa laneus orbis eat.
Spgite me lymphis carmēq; recētibo aris
Tibia migdoniis libet eburna cadis;
Ite procul fraudes alio ſint aere noxe
Pura nouum uati laurea mollit iter.

De Cæſare.

MVſa palatini referamus apollinis ædem. (tuo.
Res eſt caliope digna fauore
Cæſaris in nomē ducunt' carmina: cæſar
Dum canitur quæſo iuppiter ipſe uaces.
Eſt phœbi fugiēs athamana ad littora por
Qua ſin⁹ ioniæ murmura cōdit aq̄. (t⁹
Actia iuleæ pelagus monumenta carinæ.

MPotius legas q̄ cadis. Plura laurea. Tanq̄ ſcripturus ſtilo grandiloquo res grādes optat coronam lauream: qua epici poetæ coronantur. Alia Elegia.

VSa palatini. Auguſt⁹ ut ſupra memorauim⁹ tēplū apollinis palatini extruxit poſt uictoriam actiacā: Antōio cleopatraq; p fligatis: cui⁹ uictoriæ autor fuiſſe fert' apollo. id nūc a poeta celebrat'. hiſtoria copioſæ fuit ſupius explicata. Eſt phœ. Topographiā facit deſcribit. n. locū ubi pugnatū ē iter auguſtū & antoniū. athamānes populi ſūt etholiæ haud multū diſtātes ab epiro & tēplo actii apollinis: qđ ē ī oſtio ſin⁹ ambratii: ut Pli. & Stra. mēinerūt: quē locū uerberāt fluct⁹ ionii maris: & acrocerauno epiri, p mōtorio finit' ſcds europe ſin⁹. Iuleæ cariæ. Actia augu-

fticolonia eſt cū templo appollinis & cū ciuitate nicopolitana: cui a uictoria nomen auguſtus ipoſuit & actia ludi qnquēnales illic celebrant dicati appollini actio: quæ ſunt monumenta uictoriæ naualis auguſti: q̄ poeta monumēta uocat carinæ iuleæ hoc eſt cæſaris auguſti. ad hunc portū nautæ ſine opoſa & difficili nauigatiōe pueniūt. Huc coire. Ad hūc locū actii appollinis cōuenerūt bellatores ex omni pene orbis parte. hinc antoniū: inde auguſtū ſequentes. Æqua auis. i. nō paribus auſpiciis nauale certamē conſertū eſt. Tenero dam nata qrino. Tenerū quirinū appellat mollē. M. antoniū & effœminatos romanos: q erāt fœminæ man cipati uel potius hoc dicit q̄ claſſis antonii erat dānata a quirino. i. romulo: qui aduerſabat ātonio cū iuppiter cām foueret auguſti. nō cōuenit huic loco ut qrinū intelligam⁹ auguſtū. Pilaq̄ fœminea. Dolēter ꝓnūciādū: q̄. ſ. pila tela romanica & uirilia manu fœmīæ cleopatræ: quæ erat peregrina & fluxa uibrarent: qđ ꝓfecto erat maieſtati romanæ dedecoroſū. Hīc auguſta. Similis ē illa deſcriptio maroniana huiuſce pugnæ naualis. Hinc auguſtus agēs italos ī ꝓlia cæſar. Hīc ope barbarica uariiſq̄ antonius armis. Nereus lunarat. Moré exꝑſſit romano rū ī re militari: q acie lunata & ī duo cornua diuiſa certa mē inibāt. Lucanus in. iii. loquēs de pugna nauali maſſi lienſiū ait. lunata frōte recedūt. Poetice ait ipſum nereum marinū deū acies ordinaſſe: quia in undis naualis pugna parabat. Stātē delon. Delos īſula eſt clariſſima cyclādū apollinis tēplo & græcoꝝ mercatu celebrata. hāc Ariſto. ita appellatā ꝓdidit: quoniā repēte apparuerit enata. Plinius ait dictā eſſe alio noīe pyrpilē. quoniā ignis in primū reptus ſit. ſtantē optīo epitheto appellat poeta pp fabulā: & enī: ut pīndarus autor eſt: delon diu fluctuatā cū iā latona parturiret. & q̄ttuor colūnæ adamātinæ immobilē continuerunt: ubi enixa ē apollinē & dianā. ꝓtea alludit poeta ad illud qđ cecinit maro: cū de hac īſula loqueret. Qua pius arcitenēs oras & littora cirus. Erātē mycōe celia gyaroq̄ reiūxit. Immotāq̄ coli dedit & cōtēnere uētos. Illud adde q̄ ut hiſtorici memoriæ ꝓdiderūt: ſola delos motū terræ nō ſenſit uſq̄ ad. M. Varronis ætatē: quis mutianus ꝓdiderit eā bis fuiſſe cōcuſſā. In hac primū inuētæ coturnices aues: q̄s græci ortygias uocāt. unde delos eſt ortygia nūcupata. De delo ita ſcribit ſeneca in. iiii. queſtionum. hanc philoſophi credula natio dixerunt non moueri autore pindaro. Thucydides ait ante quidem immotam fuiſſe: ſed circa peloponeſiacū bellum tremuiſſe. Flamma ſinuata. ſignificat poeta fœlix augurium illuxiſſe auguſto nauale certamen auſpicanti. ſimile eſt illud apud Virgilium. Stella facem ducens multa cum luce cucurrit. emicant enim faces. quæ lampades dicuntur: ut ait Pli. præterea ignis fœlicia ſunt oſtenta: ſicut olim notatum eſt dormiēti ſeruio tullio in pueritia ex capite flammam emicuiſſe idem accidit Lutio martio in hiſpania poſt interemptos ſcipiones contionanti: & milites ad ultionem exhortanti Ter dixit. quia ternarius numerus eſt potentiſſimus. & pythagorici eo cuncta autumant terminari: & ut autor eſt martianus capella: trias princeps eſt imparium numerus. cuius auſpicis ꝓceps tertio ac libamina repetūnt.

Nautarum uotis nō operoſa uia. (les
Huc mūdi coire man⁹: ſtetit æquore mol
Pinea. nec remis æqua fauebat auis.
Altera claſſis erat tenero dānata quirino:
Pilaque fœminea turpiter acta manu.
Hīc auguſta ratis plenis iouis omine uelis
Signaque iā patriæ uincere docta ſuæ.
Tādē acies gemios nereus lunarat arcus
Armorū & radiis picta tremebat aqua:
Cū phœbus linquēs ſtātē ſe uidice delon
Nā tulit iratos mobilis unda notos.
Aſtitit auguſti pupē ſup: & noua flāma
Luxit in obliquā ter ſinuata facem.
Non ille attulerat crines in colla ſolutos
Aut teſtudineæ carmē inerme lyræ. (tu
Sed q̄li aſpexit pelopeiū agamēnona uul
Egeſſitque auidis dorica caſtra rogis.
Aut qualis flexos ſoluit pytona p orbes
Serpentē: imbelles quē timuere lyræ.
Mox ait o longa mūdi ſeruator ab alba
Auguſte hectoreis cognite maior auis.
Vice mari: iā terra tua ē tibi militat arcus:
Et fauet ex humeris hoc onus oē meis.

Non ille attulerat. Apollo auxiliabundus auguſto non attulit inſtrumenta delitiarum: ſed arcum & ſagittas & uultum talem: quali aſpexit agamēnona. hoc eſt trucem & horrēdum. & ſignificat illud tēpus quo agamēnon chryſem apollinis ſacerdotem cum ingentibus donis filiæ redimendæ gratia adeuntem repudiauit: iuſſitq̄ eueſtigio diſcedere e caſtris. ille apollinem comprecatus eſt ut tela immitteret in exercitum græcorū pro hac iniuria ulciſcenda. quem apollo exaudiuit: properēq̄ delapſus eſt ab alto cælo cum arcu & ſagittis: per nouem dies totidemq̄ noctes emittens ſagittas: primo iumenta caneſq̄ percuſſit: deinde homines: adeo ut cateruatim defuncti cremarent autor Homerus in prīo iliados. pelopeiū uocat agamēnonē a progenitore pelope: a quo pelopidæ uocitantur. Egeſſit. Euacuauit multitudine quippe defunctorum pene caſtra dorica hoc ē græcorum exhauſta fuerunt. Soluit pytona. Nota fabula eſt: quēadmodum pytona ſerpentem magnitudine corporis parnaſum occupatum ſagittis apollo confecit. Exiſtimat Strabo pytonem fuiſſe hominem uiolēntum draconem cognominatum parnaſi incolam: quem apollo ſagittis debellauerit. fabula refertur ab Ouidio & Claudiano a pytone ludi apollini dicati pythia nuncupantur: quibus uictores lauro coronabantur.

Mox ait o longa. Verba apollinis ad auguſtum: cui auxilium pollicetur arcus ſui & ſagittarum. Ab alba. Quoniam ab albanorum ſtipe regum oriundi ſunt romani: & Iulius Aſcanius quem gens iulia autorem ſui nominis nuncupat: albam ædificauit. Maior auis. laus auguſti: qui maior uocat troianis atauis & progenitoribus: a quibus oriundos eſſe romanos quis ignorat? Hoc onus. Dicticos eſt & ſagittas cum phare

&

tra intelligit. Murorum romulus augur. Nisi auguste inquit patriã romanam defenderis non bono augurio a romulo condita esse iudicabitur: cui ut notissimum est: in palatino mõte auguriũ captãti duodecim vultures: quas palatinas aues appellat: se ostenderunt: cum remus in auentino sex tantũmodo uidisset, hoc auguriũ romulus existimauit fortunatissimũ cõdendæ urbi: utpote peritus augurii: qui augur optimus a cicerone fuisse fertur. ex hoc institutum fuit teste plutarcho ut in auguriis uulture potissimum uterentur. Regia uela. Cleopatræ reginæ: quæ uelo purpureo ad actiũ cũ. M. antonio uenit eodẽq; effugit. & hoc fuit autore Plinio impatoriæ nauis insigne. Centaurica saxa. Hoc dictũ accipe ꝓpter picturã antonii nauigioꝝ: in qbus erat depicta pugna centaurea: & quẽadmodũ centauri ingentia saxa & loco saxoꝝ pocula & arbores in lapithas iaculabãtur: ficut supra declaratum est. Tigna caua. Ostẽdit classem antonii & cleopatræ nõ esse formidandã: q̃uis in ea sint naues ingentis magnitudinis: cũ nõ habeat egregios bellatores. scribit Plutarchus antoniũ habuisse naues nõ pauciores qngentis: in quib9 siãt octiremes: deciremesq; permultæ: peditũ milia centũ: eqtũ milia. xxii. reges qui parebant antonio fuerũt cõplures. & ut autor ẽ florus: turribus & tabulatis naues antonii alleuatæ castellorũ & urbiũ specie nõ sine gemitu maris ferebant: quæ qdẽ ipa moles exitio fuit. Tigna caua. Periphrasticos uocat nauigia. appellatione tigni omnis ad ædificandũ idonea materia cõtinet. ut scribãt iurisconsulti. Pictos metus Propter naues depictas. unde a tutela picta cognominantur: ut apud Virgilium pistris centaurus chimera & scylla sunt nomina nauigioꝝ. Frãgit & attollit. Catholica sntia qua ostẽdit animos in militib9 excitari debilitari uel ꝓput iusta iniustaue fuerit causa: pro qua pugnauerit. ex quo uult audẽtiores eẽ cæsarianos: utpote iustissimã cãm fouẽtes. ecõtrario antonianos meticulosos: q ꝓ ini qua cã pliãtur. Cõmitte rate. iã tẽpus est inqt apollo plii cõmittẽdi. & signif cãter locutus ẽ. cõmittere enim significat ĩ certamẽ ĩmittere. Tranqllus ĩ caligula. Nec cessauit ex eo criminari alterꝝ alteri atq; iter se oẽs cõmittẽt. & Luc. Exiguũ dominos cõmisit asylũ. Ego tẽporis autor. Ait apollo se tẽpus idoneũ: & opportunitatem captatuꝝ ad naues augusti in pugnã inducẽdas. & merito. ipse. n. est sol: & deus tẽpoꝝ. ex cuius cursu tẽpora efficiuntur. & ut inqt Seneca in. ii. quẽstionũ naturaliũ. solẽ sequitur annus. ad illius flexũ hyemes æstatesq; uertunt. Iulia roſtra. Naues roſtratas augusti. Proxima post arcus. Primus plio erat apollo sagittas excutiẽs secũdum apollinẽ erat augustus hastam concutiẽs. Virgi. Actius hæc cernẽs arcum intẽdebat apollo. Fideli itaq; phœbi auxilio roma fuit uictrix: & uictor augustus. cleopatra in fugã uersa est cũ nauibus sexaginta: quã turpiter secutus est antonius: tanq̃ in cleopatra uiueret simulq; moreretur. unde ait florus. Prima dux fugæ regina cum aurea pupe. Velocq; purpureo se in altum dedit. Ab astro idalio. Alludit ad historiã. nã cum post obitum cæsaris dictatoris ipsis ludoꝝ funebriũ diebus sidus crinitũ siue comites per septem dies apparuisset: credidit uulgus eã esse cæsaris animã iter deos recepti. ut Scribit Tranqllus & Pli. Hinc est illud maronis. Ecce dionei ꝓcessit cæsaris astrũ. & nũc poeta id sidus idaliũ appellat ut Virg. dioné appellauit epitheto lõge repetito a uenere æneæ genitrice. unde oriũda ẽ gens cæsarũ: & romæ fuit tẽplũ ueneris genitricis appellatũ. qd̃ teste appiano cæsar erexit: q augusti pr̃ fuit p adoptionẽ: cũ iure nature illi9 esset maior auunculus. Idaliã autẽ dici uenerẽ ab idalio oppido & nemore cypri: etiam magistri triuiales nouerũt. Prosequitur triton. Neptuni tibicen triton una cũ nereidibus ꝓsequit̃: inquit poeta cantu buccinæ atq; clãgore augusti cæsaris uictoriã. Illa. s. cleopatra fugit ĩ ægyptũ. Virg. Ipsa uidebat uẽtis regina uocatis. Vela dare. Iusso nõ moritura die. Mortua est cleopatra anteq̃ iuueret̃: admotis aspidib9: ne. s. triũpharet̃. cũ augustus uehemẽter cupet illam uiuere: quoniam glorioſum existimabat sibi fore: ut inqt plutarchus: si cleopatra in triũpho ducereꝫ. Hoc unum ergo defuit ad uictoriã cumulatã. q cleopatra die non iusso extincta est: nec potuit ꝓ augusti exornare triumphũ: cui tamen ait poeta futurum minimum additamẽtũ: etiam si fœmina triũphata fuisset. q ita eleuat cleopatram.

Solue mẽtu patriã: q̃ nũc te uidice freta
Impoſuit proræ publica uota tuæ.
Q uã nisi defẽdes muroꝝ romulus augur
Ire palatinas non bene uidit aues.
Et nimiũ remis audẽt ꝓpe turpe latinis
Principe te fluctus regia uela pati
Nec te q classis centenis remiget alis
Terreat inuito labitur illa marí.
Q dq; uehũt ꝓræ cẽtaurica saxa minãtes
Tigna caua & pictos experiere metus.
Frangit & attollit uires ĩ milite cã: (dor.
Q uæ nisi iusta subest excutit arma pu-
Tẽp9 adest: cõmitte rates: ego tpis autor
Ducam laurigera iulia roſtra manu.
Dixerat: & pharetræ põdus cõsumit ĩ arc9
Proxima post arcus cæsaris hasta fuit
Vicit roma: fide phœbi dat fœmia pœnas
Sceptra p ionias fracta uehunt̃ aquas.
At pater idalio miratur cæsar ab astro
Sum deus: & nostri sanguinis ista fides.
Prosequit̃ cantu triton, omnesq; marinæ
Plauserunt circa libera signa deæ
Illa petit nilũ cymba male nixa fugací
Hoc unũ iusso non moritura die.
Dii melius q̃tus mulier foret una triũph9
Ductus erat p quas ante iugurta uias:
Acti9 hic traxit phœb9 mõumẽta qd eius

auxilio roma fuit uictrix: & uictor augustus. cleopatra in fugã uersa est cũ nauibus sexaginta: quã turpiter secutus est antonius: tanq̃ in cleopatra uiueret simulq; moreretur. unde ait florus. Prima dux fugæ regina cum aurea pupe. Velocq; purpureo se in altum dedit. Ab astro idalio. Alludit ad historiã. nã cum post obitum cæsaris dictatoris ipsis ludoꝝ funebriũ diebus sidus crinitũ siue comites per septem dies apparuisset: credidit uulgus eã esse cæsaris animã iter deos recepti. ut Scribit Tranqllus & Pli. Hinc est illud maronis. Ecce dionei ꝓcessit cæsaris astrũ. & nũc poeta id sidus idaliũ appellat ut Virg. dioné appellauit epitheto lõge repetito a uenere æneæ genitrice. unde oriũda ẽ gens cæsarũ: & romæ fuit tẽplũ ueneris genitricis appellatũ. qd̃ teste appiano cæsar erexit: q augusti pr̃ fuit p adoptionẽ: cũ iure nature illi9 esset maior auunculus. Idaliã autẽ dici uenerẽ ab idalio oppido & nemore cypri: etiam magistri triuiales nouerũt. Prosequitur triton. Neptuni tibicen triton una cũ nereidibus ꝓsequit̃: inquit poeta cantu buccinæ atq; clãgore augusti cæsaris uictoriã. Illa. s. cleopatra fugit ĩ ægyptũ. Virg. Ipsa uidebat uẽtis regina uocatis. Vela dare. Iusso nõ moritura die. Mortua est cleopatra anteq̃ iuueret̃: admotis aspidib9: ne. s. triũpharet̃. cũ augustus uehemẽter cupet illam uiuere: quoniam glorioſum existimabat sibi fore: ut inqt plutarchus: si cleopatra in triũpho ducereꝫ. Hoc unum ergo defuit ad uictoriã cumulatã. q cleopatra die non iusso extincta est: nec potuit ꝓ augusti exornare triumphũ: cui tamen ait poeta futurum minimum additamẽtũ: etiam si fœmina triũphata fuisset. q ita eleuat cleopatram.

Quantus. Quã pusillus. Iugurta. Notissimũ est iugurtã optum cathenis in triũpho ductũ a mario arpinate: & romæ in carcere colluctantẽ cũ fame intra sextũ diẽ expirasse: ut autor est plutarchus. Actius hinc. Vt uictoriæ actiacæ celebratior memoria & in posterum esset: urbẽ nicopolin apud actium cõdidit augustus

ludosq; illic quīquēnalis cōstituit: & tēplū apollinis uetus ampliauit. Romæ quoq; tēplū apollinis palatini extruxit cū bibliotheca latina græcaq;. Quo in loco sæpe iā senior senatū habuit. Hinc ergo ait poeta. Actium phœbū traxisse monumenta: qui una sagitta decē naues antonii debellabat. nā ut inquit Virg. Terrore apollinis omnes terga uertebāt. Exuit arma. Quia non amplius bella canenda sunt sed ludicra. Prælis elisa falernis. Optat sibi in pocula uinū diffundi: qđ sit elisum hoc est expressum ex torculari falerno: p qđ falerna uinā significat. pla sunt: ut ait Seruius: trabes: quibꝰ uua iā calcata ꝓmitur: quibus utimur in torculario. docet cato in re rustica plum longū pedes uigintiq; esse faciendū. Spica cilisca. Nardino unguēto capillos sibi inūgi deposcit. Vnguētarii spicas nardi celebrāt in unguentis. & ut inqt Pli. in. xii. ꝓciū spicæ in libras est. lxxxx. denariorꝫ. laudat syriacū & ciliciū. cilicii non meminit Plinius nisi id sub noīe syriaci cōtineri asseramus: quæ sunt regiones ꝓpīquæ. Poeta unguētū ex spica nardi cōfectū appellat spicā ciliscā: sicut Ouidius appellauit i prio fastorꝫ. Et sonet acrēsis spica cilisca focis. Nardinū unguētū alio noīe uocamus foliatū: ut docet plinius. cuius est crebra mētio apud poetas. Quidā existimāt spicā celiscā accipi pro unguēto crocino: qđ in cilicia fuit laudatissimū: sed cū i croco folia capillamētaq; esse legerimus nō aūt spicas: de nardino itelligēdū esse cēsemus & diascorides nardū in cilicia nasci scribit radice nigra & odorata. Potis irritet. ita Martialis. Bibēti succurrūt mihi quindecim poetæ. & ut inqt Oui. carmina uino. Ingeniū faciente canūt. Bacche soles. cū bacchus & phœbus sint dii poetarū: & uino sæpe ingeniū uegetet ad carmina facienda: elegāter dictū ē. bacchū fertilem esse phœbo solere. & quēadmodū scribūt historici apollo fuit i comitatu bacchi fratris una cū musis: & sacra utriq; mixta fiebāt ī parnaso. & liberū apollinēq; eūdē ee deū multi dixerūt. merito ergo dixit tuo phœbo. Ille paludosos. Vicissim īquit bacchus & apollo memorēt uictorias augusti & alternis uicibus canāt deuictos ab augusto. Sycambros ægyptios & parthos. Sycambri sunt populi germaniæ: quos Drusus auspiciis augusti domuit: quos augustus traduxit i galliā atq; i ꝓximis rheni agris collocauit paludosos uocat: q̄si in paludibus habitātes. sunt enim rheno ꝓximi. Cepheā meroen. Nilus facit īsulas in æthiopiā cōplures. Clarissima uero omniū meroen: quā strabo uocat caput æthiopici regni a meroe cambysis matre nomē sortitā ut scribit Diodorus: cepheam cognominat poeta a cepheo patre andromedes rege æthiopū. Fuit in ægypto rex nomine cephus: cuius historici meminerunt. Augustus uicit ægyptios & domuit meridionales nationes: & indos pellexit ad amicitiā suā populiq; romani ultro p legatos petendā: quæ loca oīa nūc appellat fusca regna a colore æthiopū īdorūq; adusto. Cuius rei cām superius explicauimus. Reddat signa remi. Propter historiā dictū hoc est. nā parthi signa remi: hoc est romanica: quæ ademerant crasso & antonio: reddiderūt augusto: & insup obsides obtulerūt. ait poeta in laudē augusti parthos suamet signa etiam daturos ipsi imperatori. In pueros suos. Si augustus inquit aliqd remittet orientalibus: faciet ob hoc ut trophea parthica differanē in drusum & tiberium: qui illos domitabūt. Ire per euphraten. Tanq̄ omnia pacata reddiderit augustus in tantū ut liceat ire p media regna parthorꝫ ad sepulchrū crassi: quod tamen ab historicis nō memoratē. & a Lucano dictū est. Crasso quærēte sepulchrū. cuius caput una cū dextra misit Surrenas Orodi regi parthorū in cuius conuiuio iason tragœdus caput crassi ritu bacchātis extulit: & canticū saltauit crassi cladibus accōmodatū. Autor appianus in libro cui titulus est parthicus. euphratē autē fluuiū esse babyloniū diximus supra: cuius latitudo stadiū occupat. Iniiciat radios. Pollicēt se totā noctē uino & carminibus opaturꝫ usq; ad matutinū tempus & orientem solem. Ita Horatius. Vigiles lucernas profer in lucem.

Vna decem uicit missa sagitta rates
Bella satis cecini citharā iā possit apollo
Victor: & ad placidos exuit arma coros
Candida nūc molli subeant cōuiuia luco:
Blanditiæq; fluant per mea colla rosæ
Vinaq; fundant prælis elisa falernis:
Terq; lauet nostras spica cylisca comas
Ingenium potis irritet musa poetis:
Bacche soles phœbo fertilis esse tuo:
Ille palludosos memoret seruire sycābros
Cepheā hic meroē: fuscaq; regna canat.
Hic referat sero cōfessum fœdere parthū
Reddat signa remi: mox dabit ipse sua.
Siue aliqd pharetris augustus parcet eois
Differat in pueros ista trophea suos.
Gaude crasse nigras si qd sapis iter harēas
Ire per eufraten ad tua busta licet.
Sic noctē patera: sic ducā carmine: donec
Iniiciat radios in mea uina dies.

Ad Cynthiam.

SVnt aliquid manes: letū nō omnia finit:
Luridaque euictos effugit umbra rogos.
Cynthia nāque meo uisa ē icūbere fulcro

Alia Elegia.

SVnt aliqd manes lætū nō oīa finit. Refert somniū: quo uidit umbrā cynthiæ: & uerba: quæ ab illa audire uisus est cōmemorat. pria sua sumpta é ex illo homerico. ē apud iferos aīa & simulachrū nō nihil ē: & ita aīos īmortales ee credit cōtra epicureorꝫ opinionē. Lurida umbra. epitheton bonū & umbris defūctorꝫ accōmodatū. luridus. n. dī supra modū pallidus uñ lurida rana: luridus orcus: & lutida uenena dicunē ab idoneis scriptoribꝰ. apuleius palloreē ipsum appellat lutoreē. Fulcro. Fulcrū dicimꝰ tā lecti discubitorii: q̄ cubicularis: quo

fulcimur. i. ſuſtinemur. ut inqt Seruius. unde deriuari uidet. Tranquillus in claudio inqt. More ueteri ad fulcra lætoꝝ ſedentē ueſcerent. Murmur. Hoc ideo dicit: quia ſepulta erat: ut infra dicet: in ripa anienis. & natura fluuioꝝ eſt: ut undis fluant murmurantibꝰ. Papinius. Sic ripis ego murmurantis hebri. Et quæreret. Corrigēdū eſt quererer: hoc eſt lamētarer regnū lecti mei obitu cynthiæ frigeſcere: utpote uiduatū & deſolatū.

Solitū beryllon. Indicat ſibi cynthiā appuiſſe facie & cultu corpis eodē: quo elata eſt: & habebat inqt eandē in digito gēmā. quæ rogali flāma erat. beryllus gēma eſt in india originē habēs. polliūtur oēs ſexangula figura artificū ingeniis. aliter politi non habēt eundē fulgorē ꝓbatiſſimi ſunt q̄ uiriditatē puri maris imitātur. ſunt & chryſoberilli: quoꝝ fulgor exit in aureū colorē. Indi ex beryllis faciūt cylindros. quibꝰ cōmendatio eſt ex longitudine. Autor Plinius in ultimo. unde dixit Iuuenalis.

Donauit arcana cylindros. ubi intelligendum eſt de huiuſcemodi gemmis faſtigiata lōgitudine. Cylindrorum meminit etiam iuriſconſultus de auro & argento legato. his uerbis. cū quedam ornamēta mamillarū ex cylīdris triginta & margaritis detraxiſſet. Lætheus liquor. Iuxta illud Silii. lætheos potat latices obliuia mētis. Per fide. uerba cynthiæ per quietem alloquētis Propertiū: & eius pfidiā criminātis: q̄ tā cito ab obitu amicæ ſomnos capere pōt. Exciderant. e memoria exierāt. Martialis.

Excidit mihi nomē. Indicat cynthia ſe habitaſſe ī ſuburra a qua una ex urbanis tribubus nominata eſt ſuburrana: q̄is in codicibus plinianis & uatronianis mendoſe ſcriptum ſit ſuburbana. Hic uicus frequens erat antiquus ſcortis. unde a Virgilio: & Martiale ſuburranæ meretrices cognominantur. Hinc eſt illud Perſii. Totaq̄ ipune ſuburra. Permiſit ſparſiſſe oculos tam candibus umbo. Per quā demiſſo. Ex hoc docent cynthiaci manes quanto ſit amore cynthia cōplexa Propertiū. quæ nō recuſabat ut poetæ obſequeret per funē a feneſtra deſcendere manus alternando more funabuli. Sæpe uenus triuio. Citra uerecundiam ſe cū Proptio ait cynthia concubuiſſe propalā amoris cauſa id qđ crates & diogenes cynici feciſſe memorant. Tepidas. Dicit ſua pallia ſiue pectora. utraq̄. n. lectio ꝓbata eſt: tepefeciſſe ipſas uias ī qbus concūbebant. Fœderis heu taciti. Dolenter pronūciandū eſt. dolet. n. cynthia fœdus illud fuiſſe irritum quod inter ſe taciti de amore percuſſerant. Cuius fœderis uerba ait a uentis fuiſſe direpta. Inclamauit. Mox erat ptiſcorū morientibus oculos opire: rurſuſq̄ in rogo patefacere. Autor plinius. conqueritur cynthia id officii genus ſibi morienti fuiſſe denegatū a propertio: & quia cū clamore oculos claudebant moribūdus: ideo dixit. Inclamauit. alii codices habent inclinauit. cuius uerbi ſignificatio ē manifeſtaria. Nec crepuit. Ego exiſtimo hoc uerſu ſignificari cuſtodē cadaueris: quem ait cynthia ſuo funeri adhibitū nō fuiſſe a poeta. cuſtos inquit feralis non inſonuit fiſa arūdine hoc eſt fiſtula arūdinea iuxta meū cadauer: ut ita ad uigiliā eſſet excitatior atq̄ uegetior. Huius cuſtodiæ feralis meminit Apuleius ī ſecūdo de aſino aureo. Tegula curta. Conquerit cynthia ſibi defunctæ tegulā fractam mutilataq̄ ſub capite fuiſſe ſuppoſitā. cū debuerit uerus amator puluinos molles delicatoſq̄ ſubiicere. Currū. Legēdū curuū. & eſt ſenſus. Quis uidit te in meo funere curuatū: & capite in terrā inclinato. quod ſignū eſt ex animo lugentis. dolet etiam q̄ nullis lachrymis calefecerit togam atrā hoc eſt nigra: quam lugentes geſtare conſuerunt. ueſtes enim pulles induunt qui lugent. unde pullati dicti & ille color anthracinus nūcupatur. anthraces enim græce carbones latine appellant. unde ait Varro. Amiculo nigello ſequūtur luctum. autor eſt feſtus nulli licuiſſe uti prætexta pulla niſi ei qui funus faciebat. Scribit plutarchus in queſtionibus mulieres in luctu albis ueſtibus idui & corpus defuncti albo ueſtimēto uelari: qui color eſt mortuis aptiſſimus. defunctus enim eſt quiddam ſimplex & purū. ſicut color albus ſincerus & minime inquinatus eſt. Cur nardo. Cur inquit quando cadauer meū comburebatur non obtaſti ut uenti flarent ignēq̄ reſtinguerent. cur unguento nardino flammas rogales non reſperſiſti? antiqtus enim cadauera unguentis ungebantur iuxta illud ennianum. tarquini corpus bona fœmina lauit & unxit: & in rogum aceruatim congeſta unguenta in honorem cadauerum urebantur. unde plinius de unguentis ſcribens inquit. Honos hic ad defunctos pertinere cœpit. & apuleius pollinctū appellat

Murmur ad extremæ nup humata uiæ.
Cū mihi ab exeqis ſonus pēderet amotis:
Et quererer lecti frigida regna mei:
Hoſdē habuit ſecū quibus ē elata capilloſ
Hoſdē oculos: lateri ueſtis aduſta fuit
Et ſolitū digito beryllon adederat ignis
Sūmaque letheus triuerat ora liquor.
Spirantiſque animos & uocē miſit: at illi
Pollicibus fragiles ícrepuere manus.
Perfide nec cuiq̄ melior ſperande puellæ
In te iam uires ſomnus habere poteſt.
Iā ne tibi exciderāt uigilātiſ furta ſuburræ
Et mea nocturnis trita feneſtra dolis
Per quā demiſſo quotiēs tibi fune pepēdi
Alterna ueniēs in tua colla manu?
Sæpe uen9 triuio cōmixta ē pectore mixto
Fecerunt tepidas pallia noſtra uias.
Fœderis heu taciti cuius fallacia uerba
Non auditurí diripuere noti.
At mihi nō oculos q̄ſquā iclinauit euntis
Vnum impetraſſem te reuocante diem
Nec crepuit fiſſa me ꝓpter arūdine cuſtos
Læſit & obiectum tegula curta caput.
Deniq̄ quis noſtro currū te funere uidit?
Atram quis lachrymis incaluiſſe togā?
Si piguit portas ultra ꝓcederet: at illuc
Iuſſiſſes lectum lentius ire meum:
Cur uentos non ipe rogis ingrate petiſti?
Cur nardo flammæ non oluere meæ?

corpus quod erat aromatis perſperſum & unguine odoro delibutum. & Papinius ſcribit meliorem in glauciæ defuncti rogum congeſſiſſe liquores ꝑcioſos. Nulla mercede hyacinthos. In rogũ defuncti q charus fuerat munera ꝑcioſa mittebant. & dilecti equi: canes: famuli una comburebant. Nũc dolet cynthia: q in funere ſuo: Propertius nec q̃dem iniecerit uiles hyacinthos: nec uino rogũ ex more reſperſerit. Hyacinthus flos eſt: quem ut inqt Pli. in uigeſimoprimo: comitat fabula duplex: luctũ referens eius quem apollo dilexerat: aut ex aiacis cruore editi ita diſcurrentib⁹ uenis: ut græcas litteras figura ea legat inſcripta. De quo Ouidius

Has hyacinthe tenes: illas amarante moraris.

Hyacinthus gemma eſt: in qua fulgor uiolaceus dilutus ẽ. ut autor eſt Pli. ĩ ultimo. A hyacintho hyacinthinus color appellatur aerius. unde ĩ exodo ſcriptũ legim⁹ pelles hyacithinas appellari a colore. & uelũ ex hyacinthino cocco byſſo purpuraq; contextum adhibebatur ad myſtica iudeorũ ſacra accommodatũ: in quo hyacinthus aeri deputabat: ſicut cocchus etheri. byſſus terræ: purpura mari. & ita ad quattuor elementa colores in uelo quattuor referebantur. ut docent Ioſephus in. vi. de captiuitate iudeorum: & Hieronymus in epiſtola ad fabiolã de ueſte ſacer dotali. Hyacinthina ãt ueſtis a uiola nomen cepit. cuius Martialis: Perſius & Plinius meminerunt. Hic hyacinthos accipe ꝑ floribus potius q̃ pro gemmis. cũ in funeribus flores paſſim cũ unguentis adhiberẽtur. quod Papinius in epicedio Glauciæ: & epicedio priſcillæ demõſtrat.

Hoc ẽt graue erat nulla mercede hyacin-
Iniicere: & fracto buſta piare cado(thos
Lygdamus urat candeſcat lamina uernæ
Senſi ego cũ inſidiis pallida uina bibi?
Aut nomas arcana cola uerſura ſaliuas
Dicet damnatas ignea teſta manus.
Q uæ mõ puiles iſpecta ẽ publica noctes
Hæc nũc aurata cielade ſignat humũ
Et grauiora rependit iniquis penſa q̃ſillis
Garrula d facie ſi q̃ locuta mea ẽ. (ronas
Nr̃aq; qd pethale tulit ad monumẽta co-
Codicis immũdi uincula ſentit anus.

Fracto cado. Vino rogos reſpergi ſolitos teſtis eſt homerus: qui ſcribit achillẽ in funere patrocli flãmas rogales reſtrinxiſſe mero nigro ĩfuſo. & Virg. dixit in. vi. Reliquias uino & bibulã lauare fauillã. At tu inqt cynthia: noluiſti uel rupto cado uaſe uinario buſtũ meũ mero reſpergere. Lygdamus uratur. Ex his uerbis ego coniecto cynthiã ueneno periſſe. & eſt cũ ironia per interrogationem pronũciandũ. ut ſit ſenſus. Quando ego bibi uina uenenata: ſenſi ne te dicentem ex dolore lygdamus uratur? quaſi dicat me moriente non dixiſti ut lygdamus ſeruus ureretur: hoc eſt ignito ferro in fronte notaret & ſtigmaticus efficeret: neq; ut ſeruus lamina candẽte torqueretur: tanq̃ ille uenenũ in poculo propinaſſet. Candeſcat lamina uernæ. Supplicii genus notat: quo antiquitus utebãtur. unde ait ualerius. in theodoro. hieronymus tyrãnus laminas extinxit. Quintilianus in gladiatore. Ille accedebat ignibus laminas. & huius tormenti crebra eſt mentio apud eccleſiaſticos ſcriptores. Vernã autem ſeruũ dici notum eſt: & cũ potiſſimũ qui domi noſtræ naſcitur. unde uernaculũ deriuatur. &, columella gallinas uernaculas uocat noſtrates: quas maxime probat. Nomas. Nomẽ eſt fœminæ ſagæ & expiatricis. quæ ſaliuis utebatur ad expiatiões: quas eleganter Perſius luſtrales appellat quaſi purgatorias. Luſtralibus ante ſaliuis expiat & ſcribit Plinius ĩ uigeſimooctauo. faſcinationes ſaliua ieiunia repelli & ĩ omni medicina mos erat terna deſpuere ꝑcatione & lippitudines matutina ſaliua ſanant. Ait cynthia non dixiſti: ut nomas tollere ſaliuas luſtrales: nec ulla exhibuiſti dolentis indicia. Dic & damnatas. Duæ ſunt dictiões dic &: diuiſimq; legendum eſt: ut ſit ſenſus. dic propertì ut teſta ignita urat manus noxii & ſontis: qui mihi cõcinauit exitium. quaſi dicat. tu nihil tale dixiſti. Poteſt & aliter iſtorum quattuor uerſiculorum ſenſus ordinari: ut cynthia petat a propertio ut ſupplicium ſumere uelit de lygdamo ſeruo: & ãcilla nomine nomade: a quibus uina pallida hoc eſt uenenata ſibi data eſſe teſtatur: idq; ſe inter hibendum ſenſiſſe ſignificat. Vratur inquit lygdamus cauterio tanq̃ ueneficus. Facito ut nomas manifeſtet uenena illa: quæ habuit ĩ arcanis: quæ mihi propinarũt. Teſtæ autem ignitæ ſupplicium dicet: hoc eſt dicere coget: & ĩdicare manus illas ſceleratas: quæ mihi uenena porrexerit. Tollat. emẽda id uerbum. & lege probat: quod ſignificat reuelet & aperiat. Saliuas. expone ſecũdum hãc ſentẽtiam pro uenenis ſiue uinis uenenatis. nam & uinum ſaliuam habet & autore plinio ſua cuiq; uino ſaliua eſt inocẽtiſſima. Quæ modo per uiles. Dolet cynthia q poſt obitum ſuum ſtatim poeta alteram adamauerit: & eam quæ eſſet proſtituta: & omnibus communis: & quæ precio locaret noctes. Hæc inquit cycladata incedit & apud te regnat. Cyclada appellamus ueſtem fœmineam in rotũditate formatam. Cuius ita meminit ſeruius. Togas etiam fœmĩas habuiſſe Cycladum & recini uſus oſtẽdit. De hac ait iuuenalis. Hæc ſunt quæ tenui ſudant in cyclade. Et Alexander romanus imperator autore lãpridio dicere ſolebat matronas regias contentas eſſe debere Cyclade: quæ ſex unciis auri plus non haberet. Inde dicitur cycladatus. cyclade indutus. Tranquillus. In publicum proceſſit caligula aliquando ſericatus & cycladatus. Et grauiora rependit. Si aliqua ancillarum ĩquit auſa eſt coram noua domina meam laudare formoſitatẽ: illa luit pœnas & maiora pẽſa nere compellitur: & neta calathis reponere: quos quaſillos uocat: quorũ iam facta eſt mẽtio. Noſtra pethale. nomẽ eſt uetulæ. quã dicit fuiſſe uiculis codicariis coercitam: propterea q coronas tulerit ad ſuum monumẽtum. Codicis immundi. codices dicuntur tabulæ a quo codicari as naues antiqui nuncuparunt: quæ commeatum ſubuehunt. & caudex plurium tabularum contextus appellatur. unde claudius. cognominatus eſt caudex is qui romanis primus perſuaſit nauẽ cõſcendere. ut docet Seneca in libro de breuitate uitæ. cuius uerbis manifeſtarius efficitur domitii error ſcribentis claudium caudicẽ eſſe cognominatum a caudaco: quod nullus uetetum ſcriptorum prodidit: neq; Varro: apud quem caudaci

nomẽ quidem ponitur: sed citra mentionem claudii caudicis. caudicus autem significat suauem & mãsuetũ. Sed nõ inde cognomẽ claudius caudex accepit: ut domitius hallucinatur. sed a caudice: qui plurium tabularum cõtextum significat: ut autumat Seneca: cum quo errare malim: q̃ cum recẽtioribus scriptoribus uera sentire. Ceditur & lalage. Nomẽ fictitium. Lalage enim græce uox dicitur: & lalagen amicam appellat Horatius. Quoniam iquit lalage iurat per nomẽ meum tanq̃ uenerandum: ideo ceditur a noua domina & per capillos trahitur. Cõflauit. In massam redegit. Dolet cynthia q̃ adeo pristini amoris sit oblitus: ut patiatur imaginem suam auream a noua amica cõflari quod fieri nõ sineret si uiueret scintilla ulla prioris incẽdii. Fatorum nulli reuocabile carmẽ. Quoniam pluribus ĩlocis meminit poeta fatorum: & nos nihil pene de fato enarrauimus. uideo esse facturus operæ p̃cium: si hoc in loco quid senserint idonei scriptores de fatis explicauero. philosophi cõnexionem seriemq̃ causarum omnium: qua fit omne quod fit: fati nomine appellitãt. Fatum: ut iquit luculẽte Seneca: si deum dixeris nõ mẽtieris: cum enim nihil aliud sit q̃ series iplexa causarum: ille é prima omnium causa: ex qua cæteræ pẽdẽt. unde ait Augustin⁹ nõ esse de uerbi cõtrouersia elaborádum quãdo quidem ipse ordo causarum dei summi tribuitur uolũtati: quam ethnici philosophi fatum uocãt. Fato: hoc est illa ĩdeclinabili serie: rerum: cuius ineffugibilis est necessitas: fieri omnia zeno & chrysippus arbitrãtur. Plato uero platonici q̃ dixerũt fatum legem esse diuinam: unde si quid prouidẽtia agitur: id agi etiam fato. & quod fato terminatur: id prouidẽtia esse susceptum. Apud iudeos pharisei imarmene hoc est fato deputãt uniuersa. Saducei uero ĩ marmenẽ oĩariã negãt asserẽtes bonũ uel malũ ĩ hominum electiõe atq̃ uolũtate esse propositum. Trismegistus de imarmene hoc est fato & necessitate ita scripsit ĩ marmene & necessitas ambæ sibi inuicem ĩdiuiduo cõnexe sunt glutino: quarum prior imarmene rerum omnium parit. initia. necessitas uero cogit ad effectum. Tria esse fata dixit apuleius propter tria tempora: sub quo nominetris parcas ĩtelligit. Nam quod in fuso perfectũ est id præteritum tempus significare: quod torquetur in digitis præsens: q̃d nõdum e colo tractum est: id futurũ sæculum uidetur ostẽdere. Apuleio astipulatur ausonius sic scribẽs in ægypto ternario. Tris charites. Tria fata. Triplex uox. Trina elemẽta. Scribit martianus parcas iouis esse librarias archiuiq̃ cælestis custodes. Poetæ fato cũcta regi autumãt. Ideoq̃ dixit manilus. Fata regunt orbem certa stant omnia lege. Interdum fatum pro morte usurpant: quæ in eluctabilis est. nunc iurat cynthia per carmen fatorum quod irreuocabile est: se fidelissimam fuisse in amore propertii. Tergeminusq̃ canis. cerberus triceps: qui latratu trifauci terret manes defunctorum. Nam gemina est sedes. Apud inferos inquit per amnẽ acherontem bifariam nauigatur: & duplex est domicilium. alterum malorum: alterum bonorũ. Huic simile est illud Virgilianum. Hic locus est partes ubi se uia findit in ambas. a dextra elysium: a sinistra tartarum esse dicit. Cressæ. Pasiphes: qua intra bouem ligneam iclusa cõcubuit cũ tauro. quam marõis musa ĩ lugẽtibus campis esse memorauit. Elysias rosas cãpi elysii sunt secũdũ poetas ĩ medio iferoꝝ suis fœlicitatibus plen. ubi habitãt aiæ pioꝝ. Secũdũ theologos elysii sũt ĩ sphera plane puris aĩs deputati quod refert Macro. Alii circa lunarẽ circulũ: q̃d sentire uidetur Luca. illuc scribẽs aĩam pueniſſe põpei. Semidei manes habitãt. quos ignea uirtus Innocuos uita patiẽtes ætheris imi. Fecit. Historici elysium esse dixerũt ĩsulas fortunatas. quas nouisse se strabo testatur: quas Plutarchus ĩ sertorio duas esse scribit. Plinius & solinus sex numero p̃diderũt: quaꝝ delicias & fœlicitatem locute describit Horatius: & Homerus illic elysios campos esse finxit. uel ut alii dicũt ĩ hispania his uersibus. Elysium ĩ campum terrarũq̃ ultima tandẽ Dii te trãsmittẽt. stat flauus ubi rhadamãtus. Existitq̃ uiris ubi uita facillima durãs. Nũc poetice loquit̃ poeta: & ait ĩ elysio esse rosas sicut cecinit tibullus. Floret odoratis terga benigna rosis. turba cybeles. In campis elysiis ait cynthia esse turbam cybeleiã propter cymbalistas & tympanistas illic resonãtes. Lydia plectra. Plectra teste donato ab hoc uerbo plector dicta sũt: quod significat ferior. quoniã eo corde feriunt̃ a cytharœdo. dicit cynthia ĩ elysio sonare plectra lydia pp musicã lydiã: q̃ teste apuleio erat querula: de qua ita scribit Aristoteles ĩ octauo polyticoꝝ. ad melodiã q̃ appellat̃ lydia mista flebiliter disponunt̃. & a plato ĩ tertio de republica. Quæ sunt iqt quærulæ harmoniæ dic mihi lydiæ mixtæ: lydiæq̃ acutæ. cæteræ huiusmodi. Mitratis choris. Alludit ad sacerdotes cybeleios ministrosq̃ bacchi qui mitriferus cognominat̃. & mitra a fœminis & effœminatis gestabat̃. In elysio erãt inqt chori choreæq̃ tripudiãtes. Ita tibullus. Hic cantus choreæq̃ uigent. Andromedæ. In elysio erant animæ mulierum pudicarũ: & quæ probitatecensẽt̃. Hæc sũma. Andromedæ inqt conquerit̃ q̃ immerito fuerit cathenis religata ad saxũ: q̃ũ

Ceditur & lalage tortis suspensa capillis
Per nomẽ quoniam est ausa rogare meũ
Te patiente meæ conflauit imaginis aurũ
Ardente ex nostro dotẽ habitura rogo
Non tamen insector q̃uis mereare propti
Lóga mea in libris regna fuere tuis.
Iuro ego fatorũ nulli reuolubile carmen
Tergeminusq̃ canis sic mihi molle sõet
Me seruasse fidem: si fallo uipera nostris
Sibilet in tumulis: & super ossa cubet.
Nã gemina est sedes turpẽ sortita p amnẽ
Turbaq̃ diuersa nauigat omnis aq̃. (sæ
Vna clytẽestre stupro⁊ uehit atraq̃ cref
Portat mentitæ lignea monstra bouis.
Ecce coronato pars altera uecta fasello
Mulcet ubi elysias aura beata rosas. (les
Qua nũerosa fides q̃q̃ errat turba cybe
Mitratisq̃ sonãt lydia plectra choris.
Andrõedeq̃ & hypmestre sine fraude ma
Narrãt hystoriæ pectora nota suæ. (ritæ

fuit obiecta mõstro pp peccatũ mr̃nũ: de quo dc̃m est in primo cõmẽtario. Hypermestre, rectꝰ est casus cuiꝰ notissima ẽ fides erga maritũ lynceũ. Cloridos herba tenet, ait umbra cynthiæ. si nõ te totũ occupauit clo eis noua amica: pellexiq; herbis & ueneficiis: hocte rogo: ut nutrici partheniæ uictũ suppeditες. nec illã sinas egere ĩ senecta: q̃ tibi semp pst̃o fuit. põt legere colchidos pp medeã a qua herbæ medeides dicunt. Lathris cui nomẽ ab usu. latria græce significat seruitutẽ. latris seruũ. & apud ecclesiasticos scriptores fere semp latria dr̃ illa seruitus: q̃ ptinet ad colendũ deũ, ut docet Augustinus in decimo de ciuitate dei. Inde appellat latris ancilla a seruitute & obsequio: qđ dominæ impendebat.

Hæc summa æternis q̃rit̃ liuere cathenis
Brachia nec meritas frigida saxa manꝰ.
Narrat hypmestre magnũ ausa eẽ sororis
In scelus hoc animum nõ ualuisse suũ.
Sic mortis lachrymis uitæ sanãus amores
Celo ego perfidiæ crimina multa tuæ.
Sed tibi nũc mãdata dãus si forte moueris
Si te non totum cloridos herba tenet.
Nutrix ĩ tremulis ne quid desideret annis
Partheniæ patuit nec tibi amara fuit.
Delitiæq; meæ lathris cui nomẽ ab usu est
Ne speculũ dominæ porrigat illa nouæ:
Et quoscunque meo feciſti nomine uersus
Vre mihi: laudes desine habere meas.
Pelle hederã tumulo mihi q̃ pugnãte corí
Mollia cõtortis alligat ossa comis. (bo
Ramosis anio qua pomifer incubat aruis
Et nunq̃ herculeo numine pallet ebur.
Hoc carm̃ media dignũ me scribe colũna
Sed breue qđ curẽs uector ab urbe legat
Tyburtina iacet hic aurea cynthia terra.
Accessit ripæ laus anienę tuæ.
Nec tu sperne piis uenięntia somnia portis
Cũ pia uenerunt somnia põdus habent.
Nocte uage feriur: nox clausa liberat umbras:
Errat & abiecta cerbarꝰ ipe sera. (bras:
Luce iubẽt leges lethea ad stagna reuerti:
Nos uegimur: uectũ nauta recẽset onꝰ.
Nunc te possideant aliæ: mox sola tenebo
Mecum eris: & mixtis ossibus ossa terã.
Hæc postq̃ q̃rula mecũ sub uoce peregit
Inter complexus excidit umbra meos.

De Cynthia & dracõe.

DIsce qd exquisias hac nocte fugarit aquosas
Cũ uicia nouis turba cucurrit agris (la dracõis
Lanuuiũ annosi uetꝰ ẽ tute

Pelle hederã tumulo. Hedera inimica ẽ oĩbus satis: sepulchraq; ac muros rũpit: ut refert Pli. in. xvi. & ut inqt laberiꝰ in mimmo: Hedera serpens uires arboreas necat. Ideo nũc petit cynthia a Proptio: ut hederas remoueat a sepulchro: q̃ ossa ipsiꝰ alligabãt infestabãtq;. Ramosis anio. Sẽsus ẽ scribe mihi breue epitaphiũ ĩ colũna: quæ posita est ꝓpe anienẽ tyburtinũ: & ita indicat se fuisse sepultã in tyburtina terra. De aniene supra dictũ ẽ. Pallet ebur. Cœlũ tyburtinũ dicebaꝫ rebꝰ põstare candoré pontentissimũ ebori. unde ait Siliꝰ. tyburis aura pascit ebur & Martialis. Tybur in Herculeũ migrauit nigra licoris Oĩa dũ fieri cãdida credit ibi. hoc fieri poeta ait numine Herculeo. tybur. n. Herculi dicatũ est: & Herculeũ cognominaꝫ. cuius rei supra memorauimus. Hic tyburtina. hoc ẽ epitaphiũ: qđ scribi in columna deposcit cynthia.

Aurea: hoc ẽ formosa. Aniene. Vocatiuus est casus tanq̃ anienꝰ secũdo ordine declinaꝫ. q frequẽtius est tertii ordinis. & eo declinatu dr̃ anio anienis. quo nerio nerienis: ut docet Gel. anienis ripæ laudem ait accessisse pp sepultã illic cynthiã. Sõnia portis. Poetæ somnioꝝ portas duas eẽ dixerũt: corneã & eburneã: q̃rũ cornea ueris eburnea falsis somniis ẽ deputata. si qs forte cãꝫ q̃rere uelit. is ĩstruet̃ autore Macro. q scribit ĩ cõmẽtariis ĩ sõniũ Scipiõi. cornu istã eẽ naturã: ut tenuatũ uisui peruiũ sit. ebur uero ita eẽ dẽsatũ ait ad q̃uis extremitatẽ tenuitatis crassum nullo uisu ad ulteriora tẽdẽre penetret̃. alii uero autumãt ꝓ portã corneã oculos significari. p eburneã uero ipm os a dẽtibꝰ: q̃ oculis uidemꝰ uera, pculdubio eẽ. q̃ ore loquamur falsa eẽ posse. Abiecta fera. Quoniã noctu liberæ umbræ uagant̃: nec claustris coercent̃. interdiu uero ait ex legibus Plutonĩs oẽs umbras reuerti ad acherõtẽ: & eas acharõte recẽseri ꝓuidẽte: ne aliq̃ legitimo numero desit. Mecũ eris. Quãdo. s. eris defunctꝰ

Inter cõplexus. dicit poeta cludẽs elegiã e suo effugisse cõplexu umbrã cynthiæ: quæ in corporea est: & ut inqt Maro. Par leuibꝰ uẽtis uolucriq; simillima somno.

DIsce qd exq. hac no. fu. aquosas. Nouaꝫ refert superstitionem draconis lanuuini q cibariis a uirgine porrectis pascebaꝫ: & ita puellaꝝ pudicitia explorabatur. eo se cõtulisse cynthiã curru uectã cũ luxurioso comitatu conq̃rit̃. diximus supra Propertiũ in exqlijs habitasse. iõ nũc ait exqlinos noctu certatim cucurrisse ad uisendã draconis lanuuini uetustã religionẽ. Lanuuiũ oppidũ ẽ ĩ latio: ex quo municipio fuit milo. ut ĩqt Asconius. & ita apud Ciceronẽ ĩ oratione ꝓ milõe legẽdũ ẽ. lanuuiũ fuisse iter miloni ad flaminẽ ꝓpendũ: q̃ lanuuii dictator erat. cũ multis codicibꝰ legaꝫ lauiniũ: & lauinii ꝓpter noĩs similitudinẽ. lanuuiũ cõdidit Diomedes exilio aduectus. ut scribit Appianus in

secundo bell orum ciuilium. In codice Catulliano reuerendæ uetustatis legi. lanuuinus acer atq; dẽtatus: a lanuuio. s. deriuatus. passim nũc legit̃ lauinus. Tutela draconis. Scribit Cice. in primo & scđo de diuinatiõe ĩ solonio cãpo agri lanuuini, ubi educaꝫ est rosius fuisse maximã anguiũ uĩ: adeo ut ad focũ nũdinari soleret. unde nõ absurde uidet̃ ficta esse fabula draconis lanuuini: quẽ ait poeta per lõgã uetustatem fuisse sub tutela

lanuuii in ſpecu dehiſcente. Tã rare. Emẽda tartareæ: ut ſit ſenſus, draconẽ recubare ĩ eo antro per quod deſcenſus ẽ ad inferos ubi nulla ceſſat hora: qua non illac deſcendant in tartaꝝ umbræ defunctoꝝ. & ita furtim inſinuat per illud antrũ iter eſſe manibus ad tartarea domicilia. dracones iuba criſtatos eſſe tradidit: qui tanta magnitudine reperiũtur: ut elephãtos in pugna enecent: & eoꝝ ſanguinẽ totũ hauriãt. Ex una. lege ex ima. & eſt ſenſus draconẽ ſibilare ex ima hoc eſt ꝓfunda ſpelunca. Demiſſæ pallẽt. Demittebant ex ritu ſuperſtitioſo uirgines in illud antrũ ad alendũ draconẽ: quæ pallebãt pauebantq; uehemẽter porrigẽtes manu cibos ad os draconis. Redeunt in colla parentum. Si caſtæ puellæ porrexerint eſcam ieiuno draconi: is ex eaꝝ manu ſumit cibum: & illæ pudicæ iudicantur: incolumeſq; ad parentes reuertuntur. ſinautem fuerint impudicæ: illas auerſatur: & infeſtat. Fertilis annꝰ. Hæc ẽ agricolarum uociferatio: quado ſoſpes & illeſa uirgo a draconе remeauit. Huc mea detonſis. Ait poeta cynthiam per appiã uiam: per quã iter eſt lanuuiũ: curru uectã accеſſiſſe ad draconem lanuuinum. cuius rei non tam fuit cauſa iuno: cui dicata erat illa religio: q̃ Venus: & ĩpudicitia. Iunonẽ in hoc loco intellige ſoſpitaꝝ. q̃ oculis cæcutientibus fere oẽs præterierunt. inuenio apud hiſtoricos Iunonem cognomento ſoſpitam templum habuiſſe lanuuii. cuius rei fit luculẽta mentio apud Liuiũ ita ſcribẽtẽ lib. octauo ab urbe cõdita. Lanuuinis ciuitas data: ſacraq; ſua reddita cũ eo: ut ædes lucuſq; ſoſpitæ Iunõis cõmunis lanuuinis municipibus cũ populo romão eẽt propter hãc ædẽ quã lanuuii iuno ſoſpita habebat. ipſa apud Ouidium in ſexto faſtoꝝ lanuuium ſuum uocatilo uerſu. Et populus laurẽs lanuuiũq; meũ. Detõſis ab annis. i. ætate puellari: q̃ primitias comæ dẽtoſæ diis cõſecrabãt. ſed cum iſtud ephœbi magis pueri: ſicut Plutarchus docet: q̃ puellæ factitarẽt: exiſtimo hũc uerſum ita eſſe legendũ. Huc mea dẽtoſis auecta eſt cynthia mãnis: ut poetæ ſenſus hic ſit: cynthiã deuectam eſſe ad ceri monias lanuuinoꝝ in carpento: quod mãni: hoc ẽ equi detonſi: hoc eſt pexi & ornati ducebãt. & ita nõ iunõiæ religionis cauſa: ſed libidinis luxurioſo & delicato ornatu prædita cynthiã uult itelligi deportatã eẽ lanuuium. mannos aũt equos eſſe puſillos & delicatos notum eſt: qui teſte porphyrione alio nomine burichi nuncupantur. de quibus ait Horatiꝰ. Terruit mannos ego quid timebo. quod aũt his iunctis uterentur ad currũ docet Ouidius illo uerſiculo. Paruaq; q̃primũ rapientibꝰ eſſe da mannis. manni diminutiuũ eſt mannulus. qua dictione utitur plinius in epiſtolis ſic ſcribẽs. Habebat mãnulos multos: & iũctos: & ſolutos. Temõe pependit. Inſtar aurigãtis. & ita taxat cynthiã: quæ citra puellarem uerecundiam fungereť aurigæ miniſterio. Syrigana tracto. Verſus obſcuriſſimus nec ipſi Proptio. ſi ita legať. facilis interpretatu. ego uero: ut in aliquem poeticum ſenſum redigeretur ita emendaui. Serica nam taceo uolſi carpẽta nepotis: & ẽ ſenſus. cynthia ſequeſtrato pudore ibat in curru nec aurigæ munia obire uerebatur. taceo autẽ illa carpenta fuiſſe nepotis: hoc eſt luxurioſi. Volſi. i. mollis: & cuirati: quibus ſerico uelamẽto decoratis cynthia uehebatur. & ita erit color rhetoricus: qui dicitẽ occupatio. Volſus aũt apud priſcos dicitur glaber: & depilis a uellẽdo nũcupatus. Plautus in aulularia. Tu iſtũ gallum ſi ſappis glauricoꝝ reddes in q̃ uulſus ludiꝰ eſt. & Scipio in oratiõe probro dat gallo homini delicato: q̃ barba uulſa fœminibuſq; ſubuulſis ambulet. nepotem autem prodigũ & uictus delicatioris dici nemo eſt q̃ neſciat. Armillatos canes. Taceo canes moloſſicos habuiſſe cynthiam in comitatu armillis decoratos. canibus collaria imponũtur: quæ uocantur melium: ideſt cingulum: ut ait Varro in ſecũdo de re ruſtica. circum collum ex corio firmo cum clauis capitatis: intra quæ capita inſuitur pellis mollis: ne noceat collo duritia ferri. a feſto appellatur millus. hĩc poeta uocat canes armillatos: hoc ẽ millum in collo geſtãtes tanq̃ armillam & ornamẽtũ: alludituq; ad millũ collare. colla autem moloſſa dici propter epiroticos canes manifeſtarium eſt: qui erant laudatiſſimi: quiq; celebrantur teſtimonio Varronis Virgilii: Horatii: & Lucani. & a Plauto facetiſſime paraſiticanes moloſſici nũcupantur in captiuis. Qui dabit. Hic mihi uidetur eẽ ſenſus. nepos ille mollis et uulſus: qui regnat in amore cynthiæ: in cuius curru ille geſtatur: cum ceperit eſſe barbatus et ueſticeps: efficietur fartor. et uendet farta hoc eſt farcimina Ganeonibus et helluonibus. qui ſaginæ et abdomini ueſcuntur. et ita leges farta et non facta. eſt et alter ſenſus et uerior. ut. ſ. dicat poeta hunc nepotem mollem et delicatum: qui nunc ætatis floſculo eſt in delicijs: ubi inceperit eſſe hiſpidꝰ et barbam raſitauerit: futuꝝ gladiatorem. illi enim: qui ludo gladiatorio ꝓparabantur a munerarijs in ſaginario alebantur: ut ſaginati roboratiſque ualentioribus alimentis uehementius

Hic ubi tartareæ non perit hora moæri.
Q ua ſacer abripitur cæco deſcẽſus hiatu
Q ua penetrat uirgo tale iter oẽ caue.
Ieiuni ſerpentis honos cum pabula poſcit
Annua: & ex ima ſibila torquet humo.
Talia demiſſæ pallent ad ſacra puellæ
Cũ temere anguineo credit ore manus.
Ille ſibi admotas a uirgine corripit eſcas
Virginis ĩ palmis ipa caniſtra tremunt.
Si fuerint caſtæ redeunt in colla parẽtum
Clamãtque agricolæ fertilis annus erit.
Huc mea detõſis auecta ẽ cynthia mãnis
Cauſa fuit iuno; ſed mage cauſa uenus.
Appia dic quæſo q̃tũ te teſte triumphum
Egerit effuſis per tua ſaxa rotis.
Turpis ĩ archana ſonuit cũ rixa taberna
Si ſine me famæ non ſine labe meæ.
Spectaculũ ipa ſedẽs prio temõe pepẽdit
Auſa per impuros frena mouere locos.
Serica nam taceo uolſi carpenta nepotis
Atq; armillatos colla molloſa canes.
Q ui dabit immũdæ uenalia farta ſaginæ
Vicet ubi eraſas barba pudenda genas.

digladiarentur. qđ luculētissime docet Diuus Cyprianꝰ, cuiꝰ uerba hæc sunt ex libro epistolarꝝ. ii. Paratæ gladiatorius ludus: ut libidinē crudeliū luminū sanguis oblectet, ipleť in succū cibis fortioribꝰ corpꝰ: & aruinæ toris mēbrorꝝ moles robusta pinguescit: ut saginatꝰ in pœnā carnis pereat. Quintilia. quoq; in gladiatore hoc idē significat sic scribēs. Alebat deuotū corpus grauior oī fame sagina. talis itaq; gladiator dicit dare uenalia fata: hoc ē morte uenalē saginæ īmūdæ. i. gladiatoriæ: qa uendit a lanista: & saginat a numerario: ut deinde ī gladiatorio spectaculo depugnet ad spectatorꝝ uoluptatē. talem futurꝝ ait Proper. illū nepotē qui tūc erat cynthiæ deliciū. Mutato uoluit. Ego existimo legendū eē uolui. ut sit sensus. cū totiens iniuriā mihi sua petulātia faceret cynthia uolui mutare castra amatoria. & ad aliā me trāsferre puellā. & ita quæ sequuntur coniungi posse uidentur cum superioribus. quoniam narrat quēadmodum interduas amicas concubuerit. ut ita leniret contumelioſas iniurias in se a cynthia ppetratas. legamꝰ tamē superatim. quoniā in oībus codicibus separata leguntť.

Cum fieret nostro totiens iniuria lecto
Mutato uolui castra mouere toro.
De magno cynthiæ amore erga se:

PHyllis auentinæ quædam est uicina dianæ
Sobria grata parum cum bibit omne decet.
Altera tarpeios est inter theia lucos
Candida: sed potæ non satis unus erit.
His ego constitui noctem lenire uocatis
Et uenere ignota furta nouare mea
Vnus erat tribo in secreta lectulus herba
Quæris cōcubitus? inter utranque fui.
Lygdamus ad cyatos utriq; æstiua supel-
Et methymnei grata saliua meri. (lex
Nile tuus tybicen erat coralystria phyllis
Et facilis spargi munda sine arte rosa.
Nanus & ipse suos breuiter cōcreto i arto
Iactabat truncas ad caua buxa manus.
Sed neq; suppletis ostabat flāma lucernis
Decidit inque suos mensa supina pedes.
Me quoq; p talos uenerē quærēte secūdos

PHyllis auentinæ quædā ē uicina dianæ. Narrat quēadmodū phyllida & theiā meretrices uocauerit ad cœnā: & inter illas discūbēs fuerit a cynthia furibūda deprehēsus. Auētinæ dianæ. Romæ tēplū erat dianæ in auentino mōte inclytum: qđ latini populi cū romano populo fecerūt autore Seruio Tullio rege: ut scribūt Liuius in primo: & Dionysius in. iiii. in uesti bulo huiꝰ tēpli cornua boū affigebanť: cū in cæteris dianæ tēplis cornua ceruorꝝ affigerent. cām discas ex ꝓble matis Plutarchi. Dianæ auētinæ meminit Ouid. illo uersu. Auētino luna colēda iugo. Vnꝰ erit. Hoc ē unꝰ amator ebriæ theiæ nō sufficiet. Furta. Adulteria. Lygdamus ad cyathoſ. Qui stat ad cyatū dicit cyathissare. quo uerbo utit Plautꝰ. & ab Apuleio elegāti uocabulo uocatur pocillator. Olim Iuliꝰ Cæsar autore Trāquillo stetit ad cyathū & uinū regi nicomedi. Saliua meri. Locutus ē ꝓpriæ & significāter. nā saliuā ī uino dicimꝰ. & ut ait Pli. in. xxiii. sua cuiq; uino saliua innocētissima est. sua cuiq; ætas gratissima. hoc ē media. Methymneū uinū gnōsū ē a methymna lesbi ciuitate nūcupatū de quo dictū est in primo cōmētario. Methymneus fuit arioꝰ cytharedus. itē hellanicus: & callias. q alceū sapphoq; exposuit. Nile tuus tybicen. Dicit cœnæ affuisse tybicī nē ægyptiū. ꝓpterea q; neqtias tellus scit dare nulla magis. Coralystria phyllis. Coralystriā uocamꝰ fœminā in choro tripudiantē a choro & lystro: qđ græcæ significat uētilabrū. pōt simplex esse uocabulū: ut quēad modū cymbalistas: & tympanistas uiros noīamus a cymbalo: & tympano. ita a choro fœmina coralystia per ꝓductionē appellet. Magnꝰ & ipse. Ego hūc locū mēdosum: ut multa alia: ita primus emēdaui. Nanꝰ & ipse. sensus aūt hic est. aderat pomilio: q græcæ dr nanꝰ qui ad sonitū tybiæ gesticulabat. hic ē uerꝰ sensus. hæc ē uera ac poetica lectio. unū uerbū iuersum totā obscurabat dehonestabatq; sniam. unū uerbū emēdatū totā lucidat uenustatq; poeticā elegātiā facetūq; sensiculū. nanos aūt græci uocauerunt breui atq; humili corpore hoīes paulū supra terrā extātes: q hodie quoq; uernacula līgua nani passim appellanť. latini pomiliones pumiloſq; noītauerūt. ostēdit Gellius nanū eē uerbū latinū. idq; ꝓbat auctoritate cinæ nō ignobilis poetæ: cuiꝰ hi sunt uersiculi. At nūc me genii nana p salicta Bigis rheda rapit citata nauis. & nanū dr uas aēriū humile & cōcauum: qđ alio noīe uocāt situlū barbatū. Cōcretus in artus. Circūlocutio est ipsius nani siue pomilionis: q in mēbra cōglobatus ē. idē Papinius in syluis. Hic audax subit ordo pumilorꝝ: quos natura breuis statī pacta nodosum semel in globū ligauit. Trūcas, breuis & q̄si mutilatas: q̄les nani habere cōsueuerūt: Ad caua buxa. Ad tybiā multiforatilē e buxo cōfectā. Sed neq; suppletis. Ait sibi facta esse ostēta: quæ portenderēt aliqd aduersi. q. n. flāma ī lucernis extīguebať q̄uis oleo repletis. q; mēsa decidit: q; ī alea semp dānosū iactū iaciebat. Pedes. Ingēs est copia rerꝝ sine noīe: q̄s nō ꝓpriis appellationibus notamus: sed alienis & cōmodatis: ut īquit Seneca in secūdo de beneficiis. īde pedē dicimꝰ: & nostrū: & lecti: et ueli: & carminis: ita nūc a poeta pedes mēsæ dicunť. Me quoq; p ta. Iactu talorꝝ inquit Venerē q̄rebā. qui est fœliciſſimus iactus. sed semp canis siue canicula: qui est iactus dānosus ꝓueniebat. de hac Venere ait Hora. quem Venus arbitrū dicet bibēdi? ubi expositi porphyrio ueneriū iactū in talis summū numerꝝ habere. de hoc ītellige apud Plautū. ita scribēte ī asinaria. iace talos pater: hoc ueneriū est. de hoc meminit & Cice. in primo & secūdo de diuinatiōe. cuius uerba supra recitauimus. de hoc ītellexisse uidet & Plutarchus: q ita scribit in Catone uticēsi nō bene se habet īuita Venere. Suetoniꝰ in Augusto. denarios inqt uniuersos tollebat: q Venerē ieccrat. nō placet

exponas in hoc loco Venerem pro concubitu. Subsiliere. Ita legendum est a subsilio uerbo. Damnosi canes. lactus in talis detrimentosus uocitabatur canis. unde damnosi dicuntur a poetis. Ouidius. Damnosi facito stent tibi sæpe canes. & alibi. Damnosos effugiasq; canes. a Persio dicitur damnosa canicula. sed quēad modum ueneres & canes in talis expresserit Aristoteles animaduertito. cuius hæc sunt uerba ex libro secundo de animalibus. Omnia quibus datus est talus cruribus cum posterioribus contineat ita: ut erectus inde suffragine parte sui prona foras supina introrsum spectet: quæ ueneres uocātur. intus aduersæ sibi positæ sint. quæ canes foris: quæ antennæ supra habeātur: situs talorum omnium talis est. Lanuuii ad portas. Hic uersus indicat hanc elegiam non esse a superiore disiūctam: qua docuit cynthiam ad sacra lanuuinii draconis spectāda processisse. ait poeta se q̄is esset inter duas meretrices: tamē solum fuisse desiderio absentis cynthiæ instar amantum qui soli esse uidentur sine amica. & cum esset cynthia lanuuii. illic erat animus poetæ. iuxta illud Plautinum. si domi sum foris est animus. Rauci sonuerunt. Introitum cynthiæ furibundum signat. raucos postes uocat a sonitu rauco: quem faciunt fores dum aperiuntur. unde dicit anus plautina in curgulione. Placide egredere & sonitum prohibe forium & crepitum cardinum. Resupinat ualuas. Furentis fœminæ & cum impetu ingredientis formam significanter expressit. resupinat prouertit dictū ē. ita Iuuenalis. Aulam resupinat amici. ualuæ sūt ut dicit Varro: quæ reuoluuntur & se uelant. remissos ex amatorio tremore resolutos intelligit. Fulminat illa oculis. oculos cynthiæ iracundæ fulminibus dicit fuisse millimos. & profecto nulla ex parte maiora indicia animi sunt: q̄ ex oculis: qui ardent: incenduntur: qui truces sunt: torui: flagrantes: graues: transuersi. idem summissi blandi: nec mentitus est ille: qui in oculis animum inhabitare existimauit. Ego ut effectiōes meas haud dissimulanter attingam: quotiēscunq; aut panthiam meam uideo aut martiā. mecū ipse cū suspirio tacitus repeto istū poetæ uersiculū. Fulminat illa oculis: & q̄tum fœmina sæuit. Etenim nō tā cynthiæ q̄ pāthiæ: & martiæ conuenit: q̄ ambæ luminibus hoīes afflāt. ad quas contuitū nullus durare potest aspectus. fulmina uerius q̄ fulgores exiliunt illas oculis & emicant: in quibus cupidines & Veneres omnes inhabitare uidentur. me primū panthia oculis suis fulminantibus afflauit reddiditq; semiustulatum. mox martia totum penitus incendit cōbussit: absumpsit. & iuuat me tali incendio deflagrasse. uixi panthiæ addictus. moriar martiæ mancipatus: q̄ autem panthia sit: & quæ martia in meis libellis nemo unquam me docente percipiet. nemo scire cupiat Veneris arcana mysteria. sint contenti quæso lectores nominibus fictitiis: nec illa discutiant quæ delitescunt penitissimis infixa præcordiis. olim ardores nostros promulgabimus elegis explicatos: quos eo calore conscribimus: quo amamus. sed iam ad reliqua: quæ supersunt enarranda pergamus. Spectaculum captæ. Qualia spectari solent crudelitatis exempla in urbe ab hostibus: talia in pellices a furibūda cynthia esse patrata significat. Geniumque meum. Genius est deus: in cuius tutela: ut quisque natus ē uiuit. hic siue q̄ generamur curat: siue q̄ gignatur nobiscum: siue q̄ nos genitos suscipiat ac tueatur certe a gignendo genius appellatur. non nulli binos genios omnibus nobis appositos esse dixerunt. singuli suo genio die natali sacrificātes manum a cede ac sanguine abstinebant: ne die qua ipsi lucē accepissent alii demerēt: merūq; fundēdū esse genio existimabant sine hostiæ īmolatione. unde dixit Persius. Funde meæ genio. genius generalis est omniū p̄sul: & specialis singulis mortalibus admouetur: quem etiā præstitē: q̄ præsit gerūdis omnibus: uocauere. & quoniā cogitationū arcana superæ nunciat potestati: etiā angelus poterit nūcupari. autores Martianus & Cēsorinus existimat Apuleius in demonio Socratis geniū appellari animū nostrum: qui q̄is sit īmortalis: tamen quodāmō cū homine gignit. Tertulian⁹ in apologetico inqt. Nescitis genios demonas dici: & ide diminutiua uoce demonia. geni⁹ autore Festo ē parēs hoium. & propterea geni⁹ meus nominat: quia me genuit. genium etiā putarunt unuscuiusq; loci deū. unde ait Maro. Incertus geniū ne loci famulū ne parentis esse putet. a genio genialis deriuatur. unde genialis dies & lætus dicitur. & geniales homines appellarunt: qui promptiores essent ad cibaria largius apparanda. & is dicitur curare genialia qui uiuit lautius. peierare per genium principis non licet.

Semper damnosi subsiluere canes.
Cantabant surdo nudabant pectora cæco
Lanuuii ad portas hei mihi solus eram.
Cū subito rauci sonuerunt cardine postes
Et leuia ad primos murmura facta lares.
Nec mora cū totas resupinat cithia ualuas
Nō operosa comis sed furibunda decēs.
Pocula mi digitos inter cecidere remissos
Palluerantque ipso labra soluta mero.
Fulminat illa oculis: & q̄tū fœmina sæuit
Spectaculum capta nec min⁹ urbe fuit.
Phylidos iratos in uultū coniicit ungues
Territa uicinas thcia clamabat aquas.
Lumina sopitos turbant elata quirites
Omnis & insana semita nocte sonat.
Illas direptisq; comis tunicisq; solutis
Excipit obscuræ prima taberna uiæ.
Cithia i exuuiis gaudet uictrixq; recurrit
Et mea peruersa sauciat ora manu:

Phyllidos iratos. Exprimitur ardor cynthiæ in pellices seuientis: & unguibus uultum phyllidis lancinātis unguibus enim armatur fœmineus sexus: ut inquit Donatus. & ut ait Lucreti⁹. Arma antiqua man⁹ ungues dēteq; fuerūt. Clamat aq̄s. Taq̄ ad extīguēdū icēdiū. Lumina sopitos. Ad strepitū fœmineūq; tumultū furibūdæ cynthiæ elata sunt lumina: quibus a somno excussi sunt dormiētes romani. Semita sonat. Sci licet strepitu i cæco tumultu a cynthia cōcitato. Illas dire. Phyllis & thcia laceratis comis & tunicis dilaceratis aufugerūt in proximā tabernā: & illic delituerunt cynthiā pauentes. In exuuiis. Ideſt spoliis pellicum.

Laſſauitq; brachia. Defatigata ſunt cynthiæ brachia in Propertio percutiẽdo. mox lygdamus ueſtib⁹ exut⁹ eſt: & a cynthia bene cæſus implorans genium poetæ domini. Ad plutei fuſca: Corrige fulcra: ut ſit ſenſus, lygdamus ad fulcrum lecti ſiniſtrum delitescebat. Pluteum appellat menſam: ut Tranquillus: qui ait, in caligula. Cœnanti ſibi ad pluteum modo ad pedes ſtare ſuccinctos linteo paſſus eſt. nam pluteos non ſolum milites machinas appellamus: ſed etiam tabulas: quibus aliquid præſepitur. ita Perſius. Nec pluteum cedit. Et Martialis. Pluteo uindice tutus erat. Lygdame. Excuſat ſe poeta apud Lygdamum: cui auxilium implorãti non ſuccurrerat. cum & ipſe mancipium foret amicæ.

Imponitq; notam collo morſuq; cruentat
Præcipueq; oculos qui meruere ferit.
Atq; ubi iã noſtris laſſauit brachia plagis
Lygdamo ad plutei fulcra ſiniſtra latẽs.
Exuitur. geniumq; meũ ꝓſtratus adorat
Lygdame nil potui tecũ ego captus erã.
Supplicibo palmis tũ demũ ad fœdra uẽi
Cum uix tãgendos præbuit illa pedes.
Atq; ait admiſſæ ſi uis me ignoſcere culpæ
Accipe quæ noſtræ formula legis erit.
Tu neq; põpeia ſpaciabere cultor ĩ umbra
Nec cum laſciuum ſternet arena forum
Colla caue iflectas ad ſũmũ obliq; theatr⁹
Aut lectica tuæ ſudet aperta moræ.
Lygdamus imprimis oĩs mihi cã q̃relæ
Veneat: & pedibus uincula bina trahat.
Indixit leges: reſpondi ego legibus utar
Riſerat imperio facta ſuperba dato.
Dei quẽcũq; locũ externæ tetigere puellæ
Suffit & pura limina tergit aqua.
Imperat & totas iterum mutare lacernas
Verq; meũ tetigit ſulphuris igne caput.
Atq; ita mutato per ſingula pallia lecto
Reſpondi & toto ſoluimus alma toro.

Tu neq; pompeia. Hæc eſt formula legis a cynthia ꝓſcriptæ: qua interdicit poetæ porticu pompeia & ludo gladiatorio: qui in foro exhibebatur arena conſtrato. unde arenam poetæ appellant locum certaminis gladiatorii. & ita non uult poetam ſpatiare in illis locis: in quibus frequentes puellæ diuerſabantur: ut docet Ouidius.

Inflectas ad ſummum. Caueto inquit ne ad ſuperiorem theatri partem flectas aciem oculorum: ubi. ſ. matronæ ſpectant. Lectica ſudet. Tropos metonymia ꝓ lecticarii. nolo inquit dum in lectica geſtaris diu cuncteris in itinere ſpectando per lecticam adapertam. uel hoc dicit nolo: ut tam diu in itinere lecticam remoreris: in q̃ matrona geſtetur: ut hac tua mora lecticarii deſudẽt: dũ tu cum illa ſermocinaris. Seruis lecticariis legatis: ſi idẽ lecticarius ſit & coquus accedit legato. ut ſcribit iuriſcon ſultus. de legatis. Veneat. Volo: ut lygdamus uendatur tanq̃ internuncius & perductor meretricum: habeatur⁹ in cõpedib⁹. Sufficit & pura. Ego exiſtimo mẽdum eſſe in uerbo: & emendandum ſuffiit. ut ſit ſenſus cynthia factis ſuffitionibus purgauit locũ: quem tetigerant phyllis & teia tanq̃ ſuo cõtactu cuncta polluiſſent. Virg. At ſuffire etymo: quod exponit Ser. ſuffumigare. crebra eſt mentio apud Plinĩũ ſuffitionis. & ſuffitus. & Oui. in faſtis ait. Sãguis equi ſuffimẽ erit uituliq; fauilla. Mutare lacernas. Voluit inqt cynthia: ut ueſtimenta tota exueré tanq̃ polluta cõtubernio meretriculaꝝ: & ut ſumerem mutatoria. Sulphuris igne. Sulphur habet religionib⁹ locũ ad expiãdas ſuffitu domos. Autor Plinius in. xxxv. unde ait Ouid. Terq; ſenẽ flãma ter aq̃ ter ſulphure luſtrat. & Iuue. ſulphura thedis. & ab Ouidio alibi dictũ eſt ſcribẽte de purgatiõe paliliũ. Cærulei fiant puro de ſulphure fumi. & fulmina: & fulgura ſulphuris odorẽ habẽt: & lux ipſa eoꝝ ſulphurea ẽ. inde a Perſio fulmen ſulphur ſacrũ noĩatur illo uerſu. Sulphure diſcutiẽ ſacro. ait poeta ſuũ caput luſtratũ fuiſſe a cynthia terno tactu ignis ſulphurei. Soluimus ſarna toro. Verecũda quadam uerborum tranſlatione cum cynthia ſe concubuiſſe ſignificat. Alia Elegia.

De Hercule.

AMphytrioniades qua tempeſtate iuuencos (tuis.
Egerat a ſtabulis o erythræa

AMphytrioniades quo tẽpeſtate iuuẽcos. Mulieres autore Gellio nõ deierãt ꝓ Herculẽ: & herculaneo abſtinẽt ſacrificio. huius rei cãm nũc poeta cõmemorat decoriter & luculẽter. reſherculis uulgatiſſimæ ſunt. & quotidie a minutis doctoribus in ſcholis triuialibus referuntur. Iſtud relatu dignũ eſt: qd ſcrutatores recõditaꝝ ĩfaꝝ tradunt. uidelicet Herculẽ deũ fuiſſe uetuſtũ apud ægyptios. & unũ ex diis duodecim: cuius nomẽ græci ab ægyptiis mutuati illud ĩdiderũt filio amphytriõis & alcumenæ: & ita geſta prioris Herculis: q ægypti⁹ fuit aſcripta ſũt poſteriori: q theban⁹ fuit. qq; plus ãnis mille poſt primũ Herculẽ effloruit. idẽ accidit dionyſio: q df bacch⁹ nã q̃ priora geſta ſũt. ea oĩa ĩ poſteriorẽ trãſlata fuerũt. Scribit Macro. Herculẽ eſſe ſolẽ: idq; ex noĩs etymo claꝝ eẽ demõſtrat. Hercules. n. qd aliud ẽ niſi heras. i. aeris eleos hoc eſt gloria? quæ porro alia aeris gloria eſt niſi ſolis illuminatio? mythici. hiſtoriciq; Herculi nomẽ ĩditũ eſſe dixerũt ab eo q̃ iunonis opa gloriã cẽt adept⁹. cũ antea: ut inqt Diodo. uocaret alceus. plures Hercules eẽ tradit antiqtas ſextũ Herculẽ illuꝝ fuiſſe exiſtimat Cice. lib. iii. de natura deoꝝ: quem iuppiter genuerit ex alcumena: qui dictus eſt amphytrionides: nõ q̃ fili⁹ fuerit amphytrionis. ſed q̃ exiſtimatus. ſicut a tyndaride dicti ſunt caſtor & pollux. Oerythrea. Inſula ẽ in hiſpaniæ termino. lõgũ ducẽtoꝝ miliũ paſſuũ. q̃drigẽta milia lata. in q̃ oppidũ gadiũ fuit. uocat a thimeo aphrodiſias. ab idigenis iſula iunonis. ab ephoro erythrea. dicta ẽ ãt hoc noĩe: quoniam teſte Plinio cõditores ab erythreo mari uenerũt. ĩ hac gyriões hitaſſe a q̃buſdã exiſtimant: quoꝝ armẽta Hercules

abduxerit. pherecydes erythream dicit esse gades in q̃ ea: quæ de geryone uulgauẽ: fabulis insinuãt. in hac insula herbæ pabulũq; lætissimũ exuberat: quo adeo armenta pinguescunt. ut intra triginta dies suffocentur nisi sanguinis missione iuuentur. autor Strabo in tertio. ex quo fabulas de geryones armentis confinxerunt. geryonẽ uero ipsum non triplicis naturæ: ut fabulis proditur: fuisse ferunt. sed tres fratres tantæ concordiæ extitisse: ut uno animo omnes regi uiderentur: qui cum armenta sua rapi ab hercule uidissent: amissa bello repetierũt. ut scribit Iustinus in ultimo. Geryones chrysauri filios dicit fuisse Diodorus: cui a diuitiis nomen indiderunt. Hercules armenta transportauit in Italiam: & iuxta tiberim consedit. si legis o erythree. apostropha est ad ipsum geryonem: qui dicitur erythreus ab insula quam inhabitauit. Pecorosa. Armentosa: & uidetur alludere ad id quod dixit Varro: putare quosdam nominatum esse palatium a pecore. Ideoq; Neuius Balantium appellat uidelicet ab ouium balatu. Qua uelabra. Velabrum uicus est Romæ a uehendo dictum: ut interpretatur Varro. Quia olim eo uehebantur ratibus: quando tyberis per uelabrum fluebat. Tibullus. At qua uelabri regio patet ire solebat. Exiguus pulsa per uada linter aqua. Duplex est uelabrum maius: & minus. Incola cacus erat De caco uulcani filio lege: quæ scripsit Vigilius in octauo & Ouidius in primo fastorum. Caci meminit Liuius in primo quẽ Columella uicinis detestabilem fuisse memorat his uerbis. Nisi autolycus ille cuiq̃ potuit tolerabilis eẽ cõtermin⁹. Aut auentini mõtis incola palatinis ullũ gaudium finitimis suis cacus attulit. De caco affatim Seruius: Dionysi⁹: Solinusq; scripserunt. fatis sit indicasse scriptores: quos adire possis: si quid copiosius nosse desideraueris. Auersos cauda. Idẽ pene uersus apud Ouidi. ita scribẽtem. Traxerat auersos cacus in antra boues. & Liuius. auersos inquit boues eximium quenq; pulchritudine caudis in spelũcam traxit ne uestigia quærentem deminum eo deducere possent. Furem sonuere. i. mugitu cacum prodiderunt abactorẽ armenti herculanei. Virgilius. Reddidit una boum uocẽ: uastoq; sub antro Mugiit & caecisper custodita fefellit. Menalio ramo. clauа herculea percussus cacus occubuit. Ouidi. Abductaq; clаua trinodis Ter quater aduersi sedit in ora uiri. & Liuius inquit. cacus ictus clаua nequicquã fidẽ pastor⁹ in uocãs morte occubuit. Maro cecinit cacum uiribus herculeis fuisse elisum ac suffocatũ. Clauam Herculei dono dedit Vulcanus: quam ramum menalium uocat a menalo arcadiæ monte. Tria tempora. Quoniam ferũt cacum fuisse tricipitem. cui mõstro Vulcanus erat pater. Bis mea præda. Quia primo boues abduxit a geryone: & ita nunc eripit manibus caci. Arua boaria. Allusit ad forũ boarium quod erat Romæ perinde ac a bobus Herculis nominatum: quod neq; canes neq; muscæ ingrediebãtur: ut ait Solinus. In eodem foro Herculis fictilis ab euãdro fuit cõsecratus: qui triumphalis uocabatur: atq; per triumphos uestiebatur habitu triumphali. ut autor est Plinius in trigesimoquarto. Scribit Cor. Tacitus simulachrum tauri æneũ fuisse in foro boario. a quo Romulus cepit ducere sulcum oppidi designandi. Varro autem & Festus forũ boariũ dictum esse prodiderunt: quod ibi boues uenderentur. Fœta. i. fœcunda & ferax. Cuius contrarium est effeta. Fœmineæ loca clausa deæ. Indicat lucum illum fuisse sacratum bonæ deæ: a cuius sacris uiri arcebantur: nec ei⁹ templum introire uirum licebat: ut autor est Macrobius. unde ait Tibullus. Sacra bonæ maribus non adeunda deæ. Et Seneca in decimosexto epistolarum ad Lucillium scribit sic uiros omnes summoueri a conspecture ligionis bonæ deæ: ut picturæ quoq; masculorũ animalium contegantur: Hinc exiit illud satyricum. Illucte sticuli sibi conscius: unde fugit mus Intulerit. ubi uelari pictura iubetur: Quæcunq; alteri⁹ sexus imitata figurã est. Cærimonias bonæ deæ olim polluit Clodius adulterata Cæsaris uxore: ut historici tradiderũt. Quod facinus cum Cicero acriter atq; inflammanter conquereretur dixit in oratione pro aruspicum respõsis. Quod sacrificium tam occultum est: q̃ id quod non solum curiosos oculos excludit: sed etiam errantes: quo nõ modo improbitas: sed ne imprudentia quidem possit intrare: Quod quidem sacrificium nemo nisi publius Clodi⁹ omni memoria uiolauit: nemo unquam adiit: nemo neglexit: nemo uir aspicere nõ horruit: quod fit per uirgines uestales. fit ꝑ populo romano: fit in ea domo: quæ est in ꝑio: fit incredibili cerimonia: fit ei deæ cuius ne nomen quidem uiros scire fas est. hactenus Cicero: cui astipulatur nunc Propertius: qui ait nulli uiro impune sacra huius deæ fuisse patefacta: quoniam luunt mox pœnas: & hanc historiam: quam nũc commemorat poeta rettulit Macrobius: cuius uerba subieci: quoniam sũt enarrationi poeticæ accommodata. Mulieres

Venit ad inuictos pecorosa palatia mõtes
Et statuit fessos festus & ipse boues.
Qua uelabra suo stagnabãt flũine: q̃que
Nauta per urbanas uelificabat aquas.
Sed non insido manserunt hospite caco
Incolumes: furto polluit ille locum.
Incola cacus erat metuẽdo raptor ab ãtro
Per tria partitos qui dabat ora sonos.
Hic ne certa forẽt manifestæ signa rapiæ
Auersos cauda traxit in ãtra boues.
Nec sine teste deo furem sonuere iuuenci
Furis & implacidas diruit ira fores.
Menalio iacuit pulsus tria tempora ramo
Cacus: & alcides sic ait ite boues.
Herculis ite boues nr̃æ labor ultiẽ clauæ
Bis mihi quæ sitæ: bis mea præda boues.
Aruaque mugitu sancite boaria longo
Nobile erit romæ pascua uestra forum:
Dixerat: & sicco torret sitis ora palato
Terraq; non ullas fœta ministrat aquas:
Sed procul inclusas audit ridere puellas
Lucus ab umbroso fecerat orbe nemus:
Fœmineæ loca clausa deæ fonteq; piãdos
Impune & nullis sacra retecta uiris:

inquit ſacro herculis nō licet ītereſſe:quia herculi cū boues geryōis pitaliæ agros duceret:ſitiēti rñdit mulier aquā ſe nō poſſe pſtare:q; fœminar̄ celebraretur dies.nec ex eo apparatu uiris guſtare fas eēt: pp qđ hercules factur⁹ ſacrū deteſtat⁹ eſt pntiā fœminar̄ & potitio ac pinario ſacror̄ cuſtodib⁹ iuſſit ne mulierē ītereſſe pmitterēt.Hacten⁹ Macrobi⁹. Puniceæ uittæ.Purpurei coloris.a uitta uittat⁹ deriuatur: & ſacerdotes poetæ uittatos appellāt:& olim apud romanos un⁹ ex metellis cognominat⁹ eſt uittat⁹:qm̄ cum ulcus hr̄et in frōte uittā geſtabat ad deformitatē occultādā.Cui⁹ rei meminit Plutarch⁹ in coriolano.erāt

Deuia puniceæ uelabant limina uittæ:
Putris odorato luxerat igne caſa.
Populus & lōgis ornabat frōdibus ædem:
Multaque cātātes umbra tegebat aues.
Huc ruit inſiccā cōgeſto puluere barbā:
Et facit ante fores uerba minora deo.
Vos precor o lucri ſacro quæ luditis antro
Pandite deſeſſis hoſpita ueſtra uiris.
Fontis egēs erro circaq; ſonātia lymphis
Et caua ſuſcepto flumine palma ſat eſt.
Audiſtis ne aliquē tergo qui ſuſtulit orbē:
Ille ego ſum:alcidem terra recepta uocat.
Quis ſcā herculeæ nō audit fortia clauæ
Et nunq̄ ad uarias irrita tela feras.
Atq; uni ſtygias hominū luxiſſe tenebras.
Accipite:hæc feſſo uix mihi terra patet.
Quod ſi iunoni ſacrum faceretis amaræ
Non clauſiſſet aquas ipſa nouerca ſuas.
Sic aliquem uultuſq; meus ſetæq; leonis
Terrent & lybico ſole peruſta coma.
Idem ego ſidonia feci ſeruilia palla
Officia & lyda penſa diurna colo.
Mollis & hirſutū cepit mihi faſcia pectus
Et manibus duris apta puella fui.
Talibus alcides:at talibus alma ſacerdos

ſquit limina bonæ deæ uelata purpureis uittis:q; de uia appellat:qm̄ erāt a uia militari ſeq̄ſtrata:& in recessu auio poſita.Quid ſit deuia ſupra declarauim⁹.

Populus populi tria ſūt genera.alba & nigra. & q̄ libyca appellatur.Folia populi circunagunt̄ poſt ſolſticium:id qđ ulmo quoq; & tyliæ & oleæ & ſalici euenit:autor plini⁹ in.xvi.popul⁹ herculi dicata ē: ut ioui eſcul⁹ Apollini laurus.mineruæ olea.ueneri myrt⁹. Verba minora deo.hoc ē humilib⁹ uerbis neq; deo cōueniētib⁹ uſus eſt hercules:ut ſpetrabilior fieret apud puellas. Vos p̄cor.Verba herculis ſuppliciter dep̄cātis:ut ſibi ſitibundo pādāt hoſpitium puellæ ludibundæ: Caua palma.Sibi effecturum dicit tm̄ aq̄:quātum cōcaua manu poſſit hauri re.Olim diogenes cynic⁹:cum uidiſſet pueꝝ manu cōcaua bibēte:eliſiſſe fertur uaſculum ligneum quo ad potādum utebat dicens.Neſciebā q; natura hr̄et poculum:de hoc naturali poculo uer⁹ ē ille graphice nimis cōcinnat⁹ a calphurnio.Cōcauat ille man⁹ palmaſq; ī pocula ueriit. Alciden.Alciden cum p nunciam⁹:nomē ip̄m p magnitudīe uirtutis ei⁹ debemus extollere ut apud Vir.curioſe Donat⁹ obſeruauit.Nunc hercules ſe alcidē dum ait ī orbe terrar̄ uocitari cláculum ītelligi uult ſub eo nomīe fortiſſimum ſe atq; inuictiſſimum dici.Hercules dict⁹ ē alcides:ſiue ab alces mōte:ſiue ab alceo pr̄e âphytrionis ſiue apotis alcis.i.fortitudīe.Herculē ât appellauerūt q̄ſi heras cleō:hoc eſt iunonis gloriā:q; ei⁹ īperiis famā uirtutis ſit cōſequut⁹.ut ſcribit pb⁹ grāmaticus.Macrobi⁹ uero herculis nomē ad ioſē dicit eē referēdū:cui⁹ illumīatio gloria eſt iunonis:hoc ē aeris:ut dudū diximꝰ. Recepta.i.uirtute mea liberata.Virgi.Medioq; ex hoſte recepi. Quis ſcā herculeæ.Reſ ſuas geſtas adeo claras:adeo memorabiles dicit ut nulli ignotæ eē debeāt quēadmodū ſunt quis legendo uel fādo nō nouit erūnas herculeas:Quas uno epigrámate cōplex⁹ eſt Auſoni⁹:q̄s Qui. Seneca Diodorus copioſe.Hercules dicitur ab apuleo luſtrator orbis:purgator ferar̄.etiā domitor gentiū.

Luxiſſe tenebras.Quoniā.ſ.deſcendit ad inferos & eduxit cerberum. Ipſa nouerca. Pronomina ut inquit Donatus habent maximum pondus:ut apud Virgilium.Me ne incepto deſiſtere uictam. Et Aſt ego quæ diuum.Ipſa ego quæ ſemper mihi fuit in feſta.ipſa quæ priuignum uſquequaq; perſequitur:ipſa quæ meis gaudet incōmodis & angit̄ur fœlicitatibus. Setæq; leonis.Hercules geſtabat pellem leonis nemei pro tegumento:& clauam p telo:unde ait luculenter Apuleius in apollogia.hercules neq; una pelle ueſtitior fuit:neq; uno baculo comitatior:& præter hæc duo nihil aliud gerebat:nuduſq; peregrinabatur:quod ideo dictū eſt:quia aurum & argentū & ueſtem nihili faciebat:ut autor eſt Dion.pruſenſis in libro de regno. Si inquit aſpectus meus trux:& pellis ſetis horrenda:& capilli ſpexi aduſtiq; uos terrent.ſcitote me olim geſtaſſe ueſtimēta fœminea:& mulierib⁹ fuiſſe mancipatū. Sidonia palla.purpurea ueſte muliebri:de qua dictū eſt ſupra.Herculē induiſſe habitus fœmineos:quando omphalæ ſeruiebat: notiſſimum eſt:& ſupra memoratū. Lyda colo.Propter omphalē lydiā.cui ſeruiens Hercules nebat:& officia muliebria mulieris inſtar obibat:quod illi probro maximo dat uxor deianira apud Ouidium. Craſſaq; robuſto deducis pollice fila.Aequaq; formoſæ penſa rependis hære. Faſcia pectus. Strophium intelligit:quæ eſt faſcia pectoralis:de quo Catullus.Non tereti ſtrophio lactētes uincla papillas. Strophium ut inquit Nonius:cohibet uirginalem errorem papillarum.apud Martialem.Lemmata ſunt faſciæ pectoralis amictorii:& mānillaris.quæ omnia ſūt pectoribus fœmineis accōmodata.In alia ſignificatiōe ſtrophia dicūtur coronæ tenuiores:unde nata ſtrophiola.Autor Plini⁹ ī uigeſimoprimo.artifices ſtrophior̄ ſtrophiarios uocamus.Plaut⁹ in aulularia.Strophiarii adſtant.adſtant ſemizonarii. Alma ſacerdos.Scilicet bonæ deæ:cui⁹ ſacrificiū:ut ſupra ex Ciceronis autoritate recitauimus:fiebat p uirgines ueſtales.

Parce oculis. Quoniam uti iam docuimus ſacrificium bonæ deæ oculos uirorꝫ excludit nõ ſolũ curioſos: ſed etiam imprudentes: & opinio illius religionis é illũ uirꝫ oculos ꝓdituꝫ: qui ſciẽs ſacra illa ꝓſpexerit

Interdicta ui. Ara bonæ deæ & eius ſacra erãt interdicta uiris: neqꝫ fas erat uirꝫ ingredi illud ſacrariũ: ut ſupra diximꝰ. Admonet itaqꝫ ſacerdos Herculẽ ne uelit polluere cerimonias deæ égreſſu uirili: q̃ ſũmoto & ſeqſtrato loco ſe remouerat a cõmercio uirorꝫ. Magnã tyrheſias. Ab exẽplo ondit cõſpectũ deæ eé uiris exitialẽ. Tyrheſias. n. cũ pallada nudato corpe ſe lauãtẽ in undis aſpexiſſet. Dedit pœnas illiꝰ ſpeculationis. Nanqꝫ ipſius deæ indignatiõe luminibus orbatus é: & penitꝰ obcæcatꝰ: q̃ res apud græcos a callimacho cõmemoratꝫ. Apud nos ab uno proptio: qui uſqꝫ q̃qꝫ callimachũ emulatꝰ fabulã ab illo trãſtulit. Oui. & reliqui latini ſcriptores tyrheſiã ab irata iunone cæcatũ fuiſſe, pdiderũt: qui defũctus apud fontẽ tilphoſam. fuit honorificẽtiſſime ſepultꝰ: ut Diodo: & Stra. meminerũt. Hũc plantꝰ cõiectoré appellat. hũc apud íferos homerꝰ ait ſolũ ſape. Cæteros umbrarꝫ modo uagari: unde nũc uates dicíꝫ a poeta. Poſita gorgone. i. exuta egide. in qua pallas geſtat caput meduſeũ. Auia inacceſſa & ſemota. Lucre. Auia pieridũ pagro loca. Vicerat æſtũ ſedauerat ſitis ardorem epoto flumine. Maxima ara. hercules iterfecto caco arã ſibi ſtatuit: q̃ maxima ſemp dicẽt nobis: & erit q̃ maxima ſemp: ut inquit Maro. de q̃ ita Oui. Cõſtituitqꝫ ſibi quæ maxima dr̃ arã. hæc teſte Dionyſio ꝓxima erat foro boario: & ueneratione iter incolas ꝓcipua: ad quã hercules bouẽ decumas obtulit dixitqꝫ illos uitã beatiſſimã uicturos: qui ſibi bonorꝫ decumã dicauiſſent: Hic legimꝰ apud hiſtoricos ſyllam. Iuculũ. & M. craſſum illũ opulẽtũ decumas bonorꝫ herculi ſacrificaſſe: & decima herculanea ps nũcupatur. uñ eſt locus ille Plautiuus in truculento. De traxi parté herculaneã: & in bacchidibꝰ: herculẽ fecit ex pre decumam ptẽ ei dedit hercules ab hac ara mulieres ſequeſtrari uoluit: q̃ ut in Plutarchus: nihil neqꝫ attingunt: neqꝫ deguſtant: quod ſupra arã ímolatum ſit. Sancte pater. ſanctus dr̃ hercules ſabina lingua quẽ diũ fidium priſci uocitarũt. autor Varro apoſtropha eſt ad ipm Herculẽ quẽ rogat poeta: ut uelit dexter: hoc eſt, ppitiꝰ eé huic ſuo libello: qui nõ temere tanq̃ opitulator poetæ iploraꝫ: nã ut ſcribit Plutarchus: herculi ac muſis cõmunẽ æde ſtatuerũt q̃ dr̃ a trãquillo ædes herculis muſarꝫ: quia euãdrũ litteras docuit: & græci herculẽ appellãt muſageten hoc eſt ducẽ ſociũqꝫ muſarꝫ. Quies muſarꝫ ſicuti elegãter ſcribit Eumeuꝰ iuuari debet & ornari defenſione herculis: & uirtꝰ herculis uoce muſarꝫ. Hic eſt q̃ apud Papiniũ in ſyluis hercules appellatꝫ ſociꝰ muſæ calliopes illo uerſu: Dic age calliope ſociꝰ tibi grãde ſonabit Alcides. Senſerat orbẽ. Legẽdũ potiꝰ ſanxerat q̃ ſenſerat: tanquã a ſãciẽdo & ſactiõe ſanctꝰ deducatur a quo ſãctæ leges noíanꝫ: quãuis iuriſcõſultꝰ a ſagmibus deduci exiſtimauerit. Taciæ cures. Locus ſubobſcurꝰ eſt nec oĩbꝰ obuiꝰ. Tangit. n. hiſtoriã quæ ab Oui. referꝫ inferꝫ in. vi. faſtorꝫ: nã ſabini quorꝫ ciuitas eſt cures: quorꝫ rex fuit taciꝰ: ædẽ romæ in mõte quirinali cõſtituerũt deo trinomio: quẽ ſanctũ fidium & ſemipatré appellãt: qui hercules eé intelligitur: ut docuit Varro qui ét refert taciũ ſabinũ dedicaſſe romæ multa numina: q̃ olent ſabinã linguã: exponas ergo ſãctũ a ſabinis fuiſſe dicatũ romæ: & ita ſabina lingua fuiſſe uocitatũ: qui græca dictꝰ é hercules: de quo Siliꝰ in. viii. ps ſanctũ uoce canebãt Auctorẽ gẽtis.

Punicẽo canas ſtamine uicta comas. (do
Parce oculis hoſpes: lucoqꝫ abſcede uerẽ/
Cede: agedum & tuta limina linque fuga.
Interdicta uiris metuenda lege patur
Quæ ſe ſummota uindicat ara caſa.
Magnam tyrheſias aſpexit pallada uates
Fortia dum poſita gorgone mẽbra lauat:
Dii tibi dẽt alios fõtes: hæc lympha puellis
Auia ſecreti limitis una fuit.
Sic anus: ille hũeris poſtes cõcuſſit opacos
Nec tulit iratam ianua clauſa ſitim.
At poſtq̃ exhauſto iã flumíe uicerat æſtũ
Ponit uix ſiccis triſtia iura labris. (tẽ
Augulus hic mũdi nũc me mea fata trahen
Accipit: hæc feſſo uix mihi terra patet.
Maxima quæ gregibus deuota ẽ ara reptis:
Ara per has inquit maxima facta manus.
Hæc nullis unquã pateat uenerãda puellis
Herculis eximii ne ſit inulta ſitis.
Sancte pater ſalue cui iã fauet aſpera iuno
Sancte uelis libro dexter ineſſe meo.
Nũc quoniã manibꝰ purgatũ ſãxerat orbẽ
Sic ſanctum taciæ compoſuere cures.

Qualiter appellatꝫ iuppiter feretriꝰ.

VNc iouis incipiã cauſas aperire feretri.
Armaque de ducibus trina recepta tribus.

VNc iouis icipiã cãs apire feretri. Rõulus acrone duce ceninẽſiũ ĩ plio obtrũcato ſpolia ſuſpẽſa in ferculo gerẽs aſcẽdit ĩ capitoliũ: ibiqꝫ tẽplũ ioui dedicauit: quẽ feretriũ cognomiauit: & ĩ eo ſpolia regia collocauit. hæc tẽpli ẽ origo: qd̃ primũ oĩum rõæ ſacratũ ẽ. Autor Liuiꝰ ĩ prio: fuitqꝫ ſedes opimis ſpoliis: q̃ ita nũcupata ſũt ab opibꝰ ut ait Varro. Siue ut ſcribit Plutarchꝰ ab ope rei geſtæ: ſũt ãt opima ſpolia: q̃ regibꝰ ducibuſqꝫ hoſtiũ ĩ plio ſua manu ceſis detrahũt duces: & in tẽplo iouis feretrii ſuſpẽdũt. Trina uſqꝫ ad tpa plutarchi pta ſũt opima ſpolia: adeo rata eiꝰ fortuna decoris. fuit. Pria Romulus acrone iterẽpto. Scda Corneliꝰ coſſus tolũnio etruſco. Tertia Marcellus uirdomaro gallorꝫ rege ſuſpẽderũt: poſt marcellũ nullus. unde ãt iuppiter feretriꝰ ſit cognomiatꝰ icertũ ẽ. Alii a feriẽdo dcm̃ autumãt: alii a ferẽdo: utrũqꝫ ſignificat Prop. ĩ calce

carminis: a q̃uo hæc omnis hiſtoria eleganter explicatur. Magnum iter aſcendo. Metaphoricos ſignificat ſe grandem materiã meditati: quæ heroico carmini magis: q̃ elego cõuentret. Ceninũ acrona. Ceninẽſes duce acrone ĩpetum in agrũ romanũ fecerũt. ob captas uirgines: quibus ſit obuius Romulus cum exercitu. & hoſtes fundit fugatq; . Rege ipſum acronẽ in prælio obtruncat. obtruncatũ armis ſpoliat & ita duce hoſtiũ occiſo urbẽ primo ĩpetu capit. Mox ornatu triũphali conſpicabilis opima ſpolia acronis obtruncati Ioui ferettio cõſecrauit. Hiſtoria nota monumentis Liuii: Dionyſii: atq; Plutarchi. Herculeũ uocat acrona. uel quia herculem cecini uenerabantur. uel quia fortis. uel quia ab hercule erat oriũdus. Ipſe dedit. Senſus eſt. acron: qui ſua uirtute ſperabat ſe poſſe Romulum obtrũcare: & obtrũcatum ſpoliare: fuit ipſe a Romulo uictore ſpoliatus. & ita illi dedit ſua ſpolia ſuomet ipſius ſanguine madentia ex quo oſtendit acronta uulneribus confoſſum: ſanguinolentaq; arma illius extitiſſe. Votis ratis. Vota Romuli rata appellat. quoniam firma fuerunt: & impetrabilia: quæ ioui fecit. Iuppiter hæc. uerba Romuli uotum facientis. Qui tulit aprico. Laudat Romulum a præſtantia uirtutis: qui frigorũ caſtrenſium eſſet patiens: nec minus idoneus agricolationi: q̃ militiæ. Galea lupina Alludit ad lupã Romuli nutricẽ. cuius ſuluo tegmine: ut inquit maro utebatur. & multi antiquitus in militia geſtabant galeros ex pellibus lupinis conſutos. unde dixit Virgilius. Fuluoſq; lupi de more galeros. Tegmẽ habent capiti. Talem galerum nunc poeta uocat lupinã galeam: qui a ſilio dicitur codon ferinus. illo uerſu Caput hiſcodone ferinæ. Stat cautum. & ut ĩquit Vegetius: pileis antiquitus milites utebantur ex pellibus: quos pãnonicos uocant. Hirſuta iuba. Iubã appellat criſtas. quibus ornantur galeæ: quas antiqui de caudis animaliũ factitabant. Vnde eſt illud maronianũ. criſtaq; hirſutus equna. a quo iubæ etiã dicuntur: ut illic. graiarum errore iubarum: qui galeam comantem ob id ornamenti genus appellat. pennæ ſtrutio cameli maxime adornant conos bellicos: & galeas: ut ſcribit plinius in decimo. criſtas primi cares inuenerunt. Parma pyropo. Non erat inquit romuli clypeus gemmis fulgentibus diſtinctus: neq; pyropis flammantibus radioſus. eſt autem pyropus gemma quæ ut inquit Ouidius: flammas imitatur. Celi baltea lenta boues. Balteum cingulũ e corio habebãt bullatum. unde inſinuat Varro balteum deriuari. Ait poeta e corio ceſi bouis fuiſſe confectum romuli balteum militare nullo ornatu ꝓcioſo. Plautus in aſinaria. mortuos boues uocat uerbera ex pellib⁹ bubulis concinnata. Vbi mortui boues uiros incurſant homines. Coſſus at inſequit. Fidenates interfectis romanis legatis ad Iartem tolumniũ ueientum regem defecere. Romani ut hanc iniuriam ulciſcerentur bellum cum ſidenatibus ueientibuſq; ethruſcorum populis ſumpſerunt. Initũ eſt atrox utrinque certamẽ: in quo. Cor. Coſſus tribunus militũ eximia pulchritudine corpis animo ac uiribus par cũ cognouiſſet tolũnium regio habitu in ſignẽ tota acie uolitãtẽ infeſta cuſpide in illum cõcitauit equũ: quẽ uictum ex equo deiectum interfecit: & interfecto ſpolia detraxit. caputq; abſciſſum uictor ſpiculo gerẽs hoſtes fudit. Spolia opima in templo Iouis feretrii prope Romuli ſpolia cũ ſolẽni dedicatione dono fixit. Autor Liuius in quarto: apud quem diſputatio eſt: cõſul ne coſſus: an tribunus militum ſpolia conſecrauerit: cũ illa opima dicant: quæ dux duci detraxerit. Scribunt Plutarchus in marcello. & Seruius. numã Pompiliũ conſtituiſſe: ut ſecunda opima ſpolia marti. tertia quirino cõſecrarẽtur. cum prima Ioui feretrio Romulus dedicauiſſet. Vincere cum ueios. Vrbs ueioꝝ opulẽtiſſima fuit urbiũ ethruſcarum: quæ magnitudinem ſuam ultima clade indicauit. nam decem annos continuos a romanis circungeſſa plus cladiũ intulit q̃ accepit. Poſtremo operib⁹ nõ ui expugnata eſt a furio camillo. Nomẽtũ & coræ. Nomentũ & cora oppida ſunt in latio: ut ſcribit Plinius. & ut ait Virgilius. hæc tum nomina erãt nunc ſunt ſine nomine terræ. Corani a dardano orti ſunt. In agro nomentano balnea fuerunt: quæ Strabo labana appellat. Aurea ſella. Olim inqt tanta fuit eſtimatio ueientani nominis: ut in aurea ſella ſedens magiſtratus ius in foro diceret. Emenda illud. Tum præda. & lege. tũ regna fuiſtis. Alioquin non quadrat ſentẽtia

Magnũ iter aſcẽdo: ſ3 dat mihi gloria uirs
Non iuuat ex facili lecta corona iugo.
Induis exẽplũ primæ tu romulæ palmæ
Huius & eximio plenus ab hoſte redis.
Tẽpore quo portas ceninũ acrõta petẽtẽ
Victor in euerſum cuſpide fondis equũ
Acron herculeus cenina ductor ab arce
Roma tuis quõdam finibus horror erat.
Hic ſpolia ex humeris auſus ſperare qrini
Ipſe dedit: ſed non ſanguine ſicca ſuo.
Hũc uidet añ cauas uibrãtẽ ſpicula turres
Romulus: & uotis occupat ante ratis.
Iuppiter hec hodie tibi uictia corruet acrõ
Vouerat: & ſpolium corruit ille ioui.
Vrbis uirtutiſq; parens ſic uincere ſueuit
Qui tulit aprico frigida caſtra lare.
Idem eques & frenis: idẽ fuit aptus aratis:
Et galea hirſuta compta lupina iuba.
Picta nec inducto fulgebat parma pyropo
Præbebant cæſi balthea lenta boues.
Coſſus at inſequit ueientis cædi tolumni
Vincere cum ueios poſſe laboris erat.
Nec dũ ultra tyberi belli ſonus ultia ꝑda
Nomẽtum & raptæ iugera trita choræ.
Et ueii ueteres & uos tum regna fuiſtis
Et ueſtro poſita eſt aurea ſella foro:
Nunc intra muros paſtoris buccina lenti
Cantat: & in ueſtris oſſib⁹ arma metũt.

In ueſtris oſſib⁹. Tale eſt illud naſonis. Iã ſeges eſt ubi troia fuit. ita nũc ait poeta. Veios eſſe deſolatos adeo ut agricolatio exerceatur ubi ſepulta erãt cadauera ueientũ. Virg. Grandiaq; effoſſis mirabitur oſſa ſepulchris

Dux ueius. Tolumnius. Dumq; aries mur. In machinis muralibus aries est: qui inuentus esse memorat in oppugnatione gaditana. nã cũ ferramẽta deessent ad demolitionẽ: sumpserunt tignum. cuius capite murũ cõtinẽter pulsantes gradatim totam munitionẽ dissipauerũt. Postea faber tyrius nomine pephamenus hac inuentione ductus malo statuto ex eo alterũ trãsuersum suspẽdit. & in reducẽdo: & impellendo deiecit murũ gaditanorum. Autor uitruuius architectus in decimo. Scribit Plinius in septimo equum illum Troianum: quo capta est Troia fuisse machinam muralem: qui nunc aries appellatur. Ideo aries aut uocatus est a duritie frontis arietinæ: uel quia naturam arietis imitatur: q ut uehemẽtius feriat retrocedit. ut refert Vegetius: Ad quod alludens poeta caput arietis ferratum appellat Ahenum cornu. Vinea. Machina bellica est: sub qua milites cõsistentes præliabãtur. & tunc sub uitẽ præliari dicebãtur De qua Lucan⁹. Adopta leni succedit uinea terra. Vineæ militaris mẽtione scatent historici. Sistit uterq; cossus .s. & tolũnius. dicit poeta paulũ ab historiæ fide discedẽs cossum ꝓuocasse tolumniũ regem ueiẽtum ad singulare certamẽ. Defecta. Cesa est iquit tolũnii ceruix a cosso. Claudius a rheno. Claudius marcellus q dictus ẽ gladius romanorũ. qui docuit Annibalẽ uici posse ĩ bello gallico apud clastidiũ congressus est cõtra uirdomarũ gallorũ regẽ: quẽ Plutarchus britomarchũ appellat: q eximia corporatura armis auro argentoq; distinctis ĩter cæteros eminebat. Hunc hasta pfossum marcellus resupina & bis terq; uulnere repetitũ exanimat spoliatq;. Mox fusis profligatisq; hostibus mediolanũ capit. uictorq; curru triũphali urbẽ inuectus: tertia opima spolia ioui feretrio cõsecrauit. Quãuis Vir. ĩuat quirino fuisse suspẽsa iuxta legẽ nũmæ Põpilii: cuius supra meminimus. Nũc Propertius famã sequit uulgatioré. Belgica parma. Marcellus iquit fudit hostes cũ trucidasset ducẽ gallorũ: & illius arma retulisset parma belgicã uocat scotũ galli, cũ. belgas enim incolere tergiã galliæ partem notissimũ est uel unius Cæsaris testimonio de parma iã dictum est. Fundere gessa. Sicut pila sunt tela peculiaria romanorũ: sarisse macedonũ: frameæ germanorũ: ita gessa sunt gallorũ: de quibus ait maro. Duo q̃sq; alpina corrusçat Gessa manu: Scribit Plutarchus gessatas a gallis uocitari milites mercenarios: Festus ait gessam esse graue iactu. & uiros fortes teste Seruio gessos galli uocãt. Erectis rotis. Quoniã ex curru præliabantur. Virgatis bracchis. Galli uestes gestant intõsas uariisq; coloris quas braccas uocant. sagula gerunt uirgata hieme crassiora: æstatæ subtiliora. Autor Diodorus in sexto. & dixit maro. Virgatis lucent sagulis. quẽ locũ exponẽs. Seruius dixit Virgilium alludere ad gallicã linguã per quã uirga purpura dicitur. Virgatis ergo ac si diceret purpuratis. Tu expone uirgata sagula & uirgatas bracchas: qa quibusdã quasi uirgis cõtexta erãt & uersicoloria. Torquis unca. Galli brachia armillis aurei: exornãt. circa collum grãdes torques gestãt ex auro solido: thoraces auro cõdecorãt: ut refert Diodorus. gallos cũ auro pugnare solitos torquatus ĩdicio est. Romani auxiliares externos torquib⁹ aureis donauerũt. Ciues uero argẽteis: ut scribit Pli. in. xxxiii. a torque torquatos milites appellari: testis est Vegetius. mãlius torquati cognomẽ meruit a torquẽ: quẽ gallo ꝓuocatori detraxit. declinat masculino & fœminino genere: ut ĩ hoc loco: & apud Gelliũ ĩ octauo torquẽ detraxit: eamq; sanguinolẽtã sibi ĩ collũ ĩponit. Sẽsus ordinat sic. Ab ĩcisa gula uiridomari ab ĩguinibus iaculãtis ĩdutiq; bracchas uirgatas decidit torquis: quæ unca hoc ẽ flexibilis & obtorta bono epitheto cognominat. Nunc spolia. i. hoc meo tpe uisunt trina opima spolia in æde Iouis feretrii: quã autore Liuio Augustus Cæsar tẽploꝝ oĩum cõditor aut restitutor uetustate dilapsam refecit. Causa feretri. Iouẽ feretriũ scriptores qdã autumãt appellatũ eẽ ab eo q̃ fulmine feriat. Alii q̃ feretro hoc est ferculo ad id apte fabrĩcato suspẽsa opima spolia ferant. Alii a feriẽdo dici asserũt: qa dux ducẽ ĩ certamine ferit. Proptius sentire uidetur cognominatũ esse feretriũ ferẽdo: qa humeris ferebãt spolia ad tẽplũ ipsius dei. id. n. ĩtelligimus potissimũ ab eo ꝓbatũ q̃d ĩ ultimo posuit. Cui sniæ astipulari uidet Liui⁹ his uerbis: Iuppiter feretri inqt hæc tibi uictor Romulus rex regia arma fero. Græci scylophorõ uocãt: scylon. n. spoliũ nominatur. Omine certo. i. aspicio. nãq;: ut ait Liui⁹: ducẽ nõ nonimus nisi cuius auspicio bellũ gerit.

Fortæ super portæ dux ueius astitit arcem
Colloquiumq; sua fretus ab urbe dedit.
Dumq; aries mur̃ cornu pulsabat aheno
Vineaque indutum lõga tegebat opus.
Cossus ait forti melius concurrere campo
Nec mora fit plano sistit uterque gradu
Dii latias iuuere manus defecta tolumni
Ceruix: romanos sanguine lauit equos.
Claudius a rheno traiectos arcuit hostes
Belgica cum uasti parma relata ducis
Virdomari gen⁹ hic rhẽo iactabat ab ipso
Nobilis erectis fundere gessa rotis.
Illi uirgatis iaculantis ab inguine brachis
Torquis ab incisa decidit unca gula.
Nũc spolia i tẽplo tria cõdita causa feretri
Omine quod certo dux ferit ante ducem
Seu qa uicta fuis hũeris hæc arma ferebãt
Hic feretri dicta est ara superba iouis.



Cornelia ad Paulũ maritũ

Esine paule meum lachrymis urgere sepulchrum
Pãditur ad nullas ianua nigra præces.

Alia Elegia.

Esine paule meũ. Sub noĩe corneliæ defũctæ scriptaẽ epistola ad paulũ maritũ: quẽ admonet ut doloribus & lãmẽtationib⁹ supsedeat: utpote ineficacib⁹ & nihil ꝓfuturis: eiq; cões filios cõmẽdat: quos supstites reliquit defuncta primis iuuẽtæ annis. & dũ cõiugẽ ampliũ paulum

conſolatur: recenſet ſuos natales & ſtemmata maiorũ. præterea quibus nupſerit: & quot filios reliquerit enarrat & illorũ refert noĩa. Fuit aũt hæc cornelia filia ſcriboniæ: quæ nupſit auguſto: ut ĩfra copioſe explicabim⁹.

Ianua nigra. i. plutonia de qua ait maro. Patet atri ianua ditis. Non exorato adamãte. Leges orci ſunt inexorabiles & ubi ſemel homo extinctus occubuit & ſedes ĩfernas adiuit: fata amplius de tartaro ad ſuperos remeare nõ ſinũt: uiæq; irremeabiles coercẽt manes defunctorũ clauſtris adamãtinis: hoc ẽ iuictis & ĩexuperabilibus: poetæ finxerũt portã tartari atq; colũnas eſſe ex ſolido adamãte cõſtructas: ut ex hoc demõſtrarẽt: ĩſuperabiles eſſe leges mortis: & defunctis nullũ unq; ad ſupos exitũ inde pateſcere. eſt. n. adamãtis duritia inenarrabilis & duarũ uiolẽtiſſimæ naturæ rerũ ignis ferriq; cõtẽptrix. unde & nomẽ ĩdomita uis græca ĩterpretatione accepit. de tartarea urbe ait Virgilius. in. vi. Porta aduerſa ĩgens ſoli doq; adamãte colũnæ. Fuſcæ deus aulæ. i. pluto deus ĩferorũ: apud quos oĩa ſunt fuſca & nigrãtia. unũ ait Claudianus. o maxime noctis. Arbiter umbrarũq; potẽs: Plato nẽ antiq ditẽ. uediũ ueiouẽq; dixere: qui etiã ſummanus dicit quaſi ſũmus maniũ: ut ĩterpretat martianus. & romani recte Plinio nocturna fulmina ſũmano attribuerũt. locũ mẽdoſum emẽda apud Ciceronẽ ĩ primo de diuinatiõe. nãq; in oĩbus codicib⁹ ĩpreſſum eſt ſummanũ: quẽ fictilẽ ait olim e cœlo tactũ fuiſſe. ĩter ædẽ ſummani & iuuẽtutis canes uiui ĩ furca ſambucea arbore fixi ſupplicia ãnua apud romãos pẽdebãt: quoniam eos ſefelliſſent galli aſcẽdẽtes noctu in capitoliũ. de ſummani noĩe iocus eſt apd Plautũ ĩ curgulione. ſũmani meminit Ouid. in. vi. faſtorũ. Vota ſumẽt ſuperos. Catholica ſnĩa: qua oſtẽdit deos ſupos eẽ exorabiles. cũ ĩferi ſint ĩexorabiles: quã ab Homero mutuatus ẽ ita ſcribẽte. Sũt faciles ſupi p̃cibus flectunt & idẽ ſacrorũ nidore pio placãtur. & ipſis nimiorũ uotis hominũ. quæ ſiquis in illos Errarit uenią rogitãs cõcepit ĩ aris. Meminit & plato huius homericæ ſnĩæ lib. ii. de repu. Vbi portitor æra ſecepit. Ex ſuperſtitione ægyptiaca hoc trãſlatũ eſt: apud quos obolus dat portitori cui charõti nomẽ ẽ: q uectat cadauera defũctorũ ĩ cymba p paludẽ acheruſiã ad ſepulchra. hinc orpheus ad ĩferos hũc ritũ ſoluẽdi portorii tranſtuliſſe fert ut multa alia ſumpta ab ægyptiis traduxit. & apuleius ĩ vi. de aſino aureo ĩquit. Apud ĩferos charon eſt expetens portoriũ. ſic ad ripã ulteriorẽ ſutili cymba deducit cõmeãtes. & ĩter mortuos auaritia uiuit charõti ita naulũ ſiue amnica ſtipes dabatur: ut ipſe ſua manu de ore ſumeret accedentis. unde dictum eſt a Iuuenale: Nec habet quem porrigat ore trientem. ſenſus eſt. cum charon accepit naulũ ex ore defuncti clauditur ĩferna porta: quã luridã uocat: quoniã apud ĩferos oĩa ſunt nigra & pallentia. Vmbroſos. Ab umbris mortuorũ. Mœſtæ tubæ. Quæ. ſ. funerib⁹ adhibent: ut ſupra memorauimus. Fax. Qua cadauera cõburebantur. Lecto. funebri. Quid mihi coniugiũ. Oſtẽdit nihil ſibi p̃deſſe q̃ nupſerit Paulo clariſſimo uiro: utpote ex familia æmiliorũ aut dubie nobiliſſima cognitiſſimaq; teſtimoniis hiſtoricorũ. dicti ſunt æmilii a ſermonis lepiditate quã græci æmiliã uocãt. Quid currus auorũ. Nihil ĩquit mihi p̃fuerũt triũphi auorũ meorũ: q ſcipiões ĩtelligunt: cũ ipſa ſit ex gẽte cornelia. duorũ autẽ Scipionũ q ambo cognominati ſunt africani: duo clariſſimi extitere triũphi. lege polybiũ & Liuiũ. currus triũphales ĩtelligit. Nũ minus. ſ. q̃ ſi fuiſſem humili genẽ nata. & ſordido nupſiſſem. Et ſum qđ digitis. Significat ſe redactã eẽ ĩ cinerẽ & puluiſculũ puſilli põderis: q cineres ĩ urna cõditi una manu facillime leuabant. Dãnatæ noctes. Apoſtropha ẽ ad tenebras ĩfernas & ſtygiã paludẽ dicẽs ſe ĩnoxiã inſontẽq; periiſſe: q̃uis ĩmatura & adhuc puella perierit. petitq; a Platone iura mitiora umbræ ſuæ p̃beri. Nõ noxia. i. ĩ ſons & innoxia. Pater. Pluto. Sortita pila. Alluſit ad romanorũ iudiciũ cõſuetudinẽ. apd quos cauſæ p ſorte ordinabãtur. & ſortitio iudiciũ fiebat. q p̃erat iudicio q̃ſitor dicebat. ita Virg. apud ĩferos q̃ſitorẽ facit minoẽ dat ibi ſortitionẽ ubi urnã noĩat dat cognitionẽ facinorũ: cum dicit. Vitaſq; & crimĩa diſcit. pilã appellat tabellã iudicialẽ. qua dãnabãt. uel potius pilulã illã ſiue tabellã intelligit: qua in urnã ſortitio mittebat pro iudicibus eligẽdis: quorũ nomina in pilis ſcribebant. de qua re eleganter & docte ſcribit pedianus Aſconius. Aſſideant fratres. Minos & rhadamantus fratres eaci filii Iouis Siſyphe mole uaces. Petit cornelia: ut dum iudicium de ſe peragitur omnia quieſcant apud inferos & a cruciatibus paulũ interiũgant: ut nec ſiſyphus uoluat ſaxum: nec ixion rota circũagatur. & a tantalus ſitim liquore reſtinguat. Eumenidum. Scribit Virg. tiſyphonem unam eumenidum hoc eſt furiarum accintam flagello ſontes punire. uult cornelia: ut agmen furiarum aſſideat foro iudiciali. hinc enim forum accipitur pro loco quo iudicia fiunt: & forum agere dicitur prouinciæ præſes cum de controuerſiis prouincialium cognoſcit.

Cum ſemel infernas intrarũt funera leges
Non exorato ſtant adamante uiæ:
Te licet orantem fuſcæ deus audiat aulæ
Nẽpe tuas lachrymas littora ſurda bibẽt
Vota mouẽt ſupos: ubi portitor æra recepit
Obſerat ũbroſos lurida porta rogos
Sic mœſte cecinere tubæ cũ ſubdita nrm
Detraheret lecto fax inimica caput.
Q uid mihi ciugiũ pauli? qd currus auorũ
Profuit? aut famæ pignora tanta meæ?
Nõ minus ĩmites habuit cornelia parcas
Et ſum quod digitis quiſque leuat onus?
Dãnatæ noctes. & uos uada lẽta paludes
Et quecũque meos implicat unda pedes
Immatura licet tamẽ huc nõ noxia ueni.
Det pater hic umbræ mollia iura meæ:
Aut ſiqs polita iudex ſedet æacus urna
In mea ſortita iudicet oſſa pila.
Aſſideant fratres iuxta minoia ſella
Eumenidum intento turba ſeuera foro:
Siſyphe mole uaces taceant iſionis orbes
Fallax tantaleo corripiare liquor:

Ipſa loquor pro me. Mos erat: ut pro reo dicerent maximi oratores celeberrimiq; patroni: & unam cauſam non unus ſed plures agebãt. nunc cornelia innocentiæ ſuæ fidens dicit ſemetipſam ſine aduocato cauſam ſuã acturam citra omne mendacium. Pœna ſororũ. Belidum. ſcilicet quarum urna nunq; expleri poteſt. Si cui fama. Laudationes ex his locis ſumuntur: qui loci perſonis ſunt attributi, naturam autem imprimis attributam eſſe perſonis docent rhetoricæ diſciplinæ profeſſores: cuius partes ſunt multæ: & imprimis cognatio eſt: quæ cõſideratur in maioribus claris atq; conſanguineis. præterea inter extraneas re: genus & affinitas numerantur: nunc cornelia ſeipſam commendat a cognatione & a nobilitate generis tam materni q̃ paterni: ſi cui inquit gloria eſt & nomen ex auorum titulis & ornamẽtis: ego clariſſima ſum: utpote quæ in ſtemmate paterno auos habeo numantinos: in maternos ſcribonios libões & enim numantini cognomen in familia ſcipionum eſt illuſtriſſimum: quo africanus minor nomine uictæ a ſe numantiæ eſt nobilitatus: quæ ciuitas olim hiſpaniæ decus q̃is ſine: muris: ſine turribus eſſet: romanorum bella per annos multos ſola ſuſtinuit. nouiſſime numantini ab æmyliano Scipione uicti mox fame coacti ſe & patriam ferro ueneno & ſubiecto undiq; igne pemerunt. Scipio de ſolo nomine deletæ numantiæ triumphauit: cũ nec unus quidem uir numantinus fuerit: qui in triũphũ cathenatus duceretur. hiſtoria uulgatiſſima. Maternos libones. Cornelia matrem habuit ſcriboniam ex libonũ familia honorata & ſplendida: ex qua fuit is libro qui tribunal ſedemq; prætoris prope arcum fabianum colloca uit: quod ab eius nomine dictum eſt puteal libonis cui⁹ & poetæ & hiſtorici meminerũt. Domus utraq;. Hoc eſt paternum genus & meum & maternum nobile eſt: & ſuis titulis inſcriptionibuſq; ac monumentis ſubnixum. Titulos præter notam ſignificationem inſcriptiones laudeſq; magnorum uirorum nuncupamus: ut tituli pompeii dicuntur a Plinio & ipſe ait apud Lucanum. Te quoq; ſi ſuperi titulis accedere noſtris. Iuſſerunt. Ouidius. Magnificus titulis ſtet pater ante ſuis. tituli milites appellantur quaſi tutuli: quod patriam tueantur: ſacerdotes dicti titulati: q; in ſacris capitibus habere ſolent ut metã id titulus appellatur: & matres familias: ut inquit Varro: crines conuolutos ad uerticem dicunt titulos. Ceſſit prætexta. ideſt locum dedit. nouæ nuptæ recta tunica ſimul cum toga pura induebantur: & ita prætexta ueſtis quæ in puerili ætatula geſtabatur cædebat facibus maritis: hoc eſt nupitali celebritati in qua quinque faces accendebantur: de quibus ante dictum eſt. prætextæ apud ethruſcos originẽ habuere. autores Pli. & Macro. unde prætextati pueri & prætextatæ puellæ dicuntur.

Cerberus & nullaſ hodie petat ĩprob⁹um
Et iaceat tacita lapſa cathena ſera. (bras
Ipſa loquor pro me, ſi fallor pœna ſororũ
Infœlix humeros urgeat urna meos.
Si cui fama fuit proauita trophea decori.
Vera numantinos regna loquũtur auos
Altera maternos exæquat turba libones:
Et domus eſt titulis utraq; fulta ſuis.
Mox ubi iã facibus ceſſit p̃teſta maritis:
Vincit & acceptas altera uitta comas.
Iungor paule tuo ſic diſceſſura cubili
In lapide hoc uni nupta fuiſſe legar.
Teſtor maiorũ cineres tibi roma colẽdos
Sub quorum titulis aphrica tonſa iaces.
Et perſeu proaui ſimulãtẽ pectus achillis
Quiq; tuas proaus fregit achille domoſ
Me neq; cenſuræ legem moliſſe; nec ulla
Labe mea noſtros erubuiſſe focos.
Non fuit exuuiis tantis cornelia damnum
Quæ & erat magnæ ps imitãda domus

Altera uitta. ideſt ubi depoſita uirginali uitta ſumpſi uittam nuptialem tibi ſoli nupſi: & ita oſtẽdit ſe fuiſſe monogamã. De uitta qua nubentes utebãtur iam abundanter enarrauimus. In lapides. ſ. ſepulchri: illic. n. ſcribebaẽ quot maritos fœmia habuiſſe: unde martia apud Lucanũ. Liceat tumulo ſcripſiſſe catonis Martia. & apud Iuuenalem. titulo res digna ſepulchri. & apud Martialem ſcriptum eſt. Inſcripſit tumulo ſeptem celebrata uirorum Se feciſſe doe. Africa tonſa. i. comminuta fracta lacerta. & hoc dictum accipe propter duos africanos: quorum alter carthaginem africamq; deuicit: & ſtipendiariam fecit romanorum, alter carthaginẽ funditus deleuit: ut ſupra memorauimus. Et perſem proaui. Paulus æmilius: ut notiſſimum eſt: & iã meratũ. uicit perſem regẽ macedonum: de quo triũphauit, is proauum habuit achillem: a quo maternum gen⁹ alexãdri regis macedonũ deducũt hiſtorici: a paulo æmylio cornelia trahit genus propter numantinum: quæ filius fuit legitimus æmylii. & per adoptionem inſertus familiæ Scipionũ. præterea nupſerat paulo: q erat gẽtis æmyliæ. quid ſi legas perſeu. ut ſit uocatiuus caſus tali ſenſu. teſtor te o perſeu ſtimulantem: hoc eſt imbellia tua & torpedine uexantem achillis pectus: qui. ſ. dolet & afficitur: ſi ullus eſt inferis ſenſus: propter tam ignauum ſucceſſorem: uel potius legas ſimulantem. ut dicat perſen ſimulaſſe achillis animoſitatem: ut illi⁹ uerus ſucceſſor & pro nepos uideretur. Quique. Scilicet paulus æmylius. Proauus. Legendum eſt proauo. teſtor' inquit cornelia me leges cenſorias a proauis meis conditas non iudicaſſe eſſe moliendas tanquam nimis rigidas auſteraſque: ſed tales comprobaſſe cuſtodiſſeque quales latæ fuerunt. nec ulla ſe macula dedecoraſſe familiam. & hoc imprimis dictum eſt propter paulum æmyliũ: qui fuit cenſor. & in cenſura ſenatu tres ſenatores mouit. poteſt & hoc referri ad cenſuram mariti pauli: quam infra ſignificat. cenſura autem ad morum emendationem maxime pertinet: & penes eam diſciplinæ romanæ ac morum regimen erat: quam Cicero pudoris & modeſtiæ magiſtram appellat. Decenſuræ origine & cenſoribus & cenſoria nota ſcripſerunt Liuius in quarto. Plutarchus in Catone ſeniore. in Pompeio. & æmylio: & Valerius maximus. Exuuiis. Spoliis prauorum. Pars imitanda. Ait cornelia ſe talem præſtitiſſe: ut eſſet imitanda ipſa a ſuis gentilibus:

uel in hoc loco accipitur cornelia soror huius corneliæ: quam dicit & ipsam fuisse probatissimam fœminam nec ullum dedecus, p brũ q; attulisse stẽmati sui generis: de cuius obitu loquitur paulopost. Inter utraq; facẽ Hoc est a die maritalis connubii usq; ad mortẽ. nã fax adhibet & matrimonio & rogo: quã Quintilianus, supremã facẽ uocat. Melior iudicis metu. Boni nõ peccãt amore uirtutis, mali a peccatis tempant formidine pœnæ: ut inquit Horatius. dicit se non magis metu iudicii: q̃ natura coluisse bonitatem. Quælibet auferas. Feratur inquit de me quodcunq; iudicium aufertaq; sortitio. tamen nulla fœmina probata commerciũ meum accessumq; imprababit: & nulli cõsuetudo mea erit dedecorosa & pœnitẽda: etiam si fuerint uirgines uestales. Vel tu quæ tardam. Historiam claudiæ omnes celebrant & imprimis Ouidius in quarto fastorum: & Silius in decimoseptimo. Claudia uirgo uestalis cum in suspitionem ueniisset stupri: & simulacrum matris ideæ in uado tyberis cum nauigio obhæreret ad comproban dam pudicitiam suã fertur cingulo duxisse nauem: quã multa milia hominum: ut inquit Hieronymus: trahere nequiuerãt. Turritæ deæ. Cybeles quæ turrita forma tur: de qua dictum est superius. Vel cui cõmissos. Significat emyliam uirginem uestalẽ: de qua hanc scribit historiam. Dionysius in secundo. Olim ignis in ara uestæ extinctus est: q̃ perpetuo custodiri debebat & solebat tũc emylia uirgo casta & mẽte & corpore p̃cata est deam uestam: ut sibi opem ferret: & scissa ueste carbasea fasciam foculo imposuit sup arã frigẽti nullãq; seruãti scyntillam. repente flãma ingens p carbasum emicuit: q̃ ad mirabile uisum est. meminit huius historiæ ét Valerius in primo. Cõmissos ignes. i. illius custodiæ traditos. nã uestaliũ uirginũ hoc erat officiũ peculiare: ut ignẽ inextinctũ conseruarẽt: qui si fuisset extinctus repari nõ poterat nisi ex igne cæleſti. Mater scribonia. Mr Corneliæ fuit illa scribonia: quã in matrimoniũ accepit Augustus: & ex ea Iuliã filiã suscepit: q̃ scribonia autore Tranquillo ante fuerat nupta duobus consularibus: & ex altero erat mater. ex his uerbis Trãquilli obseruauimus hanc corneliã fuisse illã scribõiæ filiã ex uiro cõsulari: ex quo fuit mater. unde nũc sororẽ suã appellat cornelia ipsam iuliã filiã Augusti: quoniam ambæ ex matre scribonia erant procreatæ: quod cæcutientibus oculis incuriosi pterierunt, ait Cornelia se in nullo matrẽ offendisse: q̃ cum filia fatum cuperet permutasse: & eius loco occubuisse.

Nec mea mutata ẽ ætas sine crimine tota:
Vinximus insignes inter utrãq; facem.
Mi natura dedit leges a sanguine ductas
Ne possim melior iudicis eẽ metu. Clas
Quælibet auferas d me ferat urna tabel
Turpior accessu non erit ulla meo.
Vel tu quæ tardã mouisti fune cybelem
Claudia turritæ rara ministra deæ.
Vel cui omissos cũ uesta reposceret ignes
Exhibuit uiuos carbasus alba focos.
Nec te dulce caput mater scribonia læsi.
In me mutatum quid nisi fata uelis.
Maternis laudor lachrymis: urbisq; q̃relis
Defleta & gemitu cæsaris ossa mea.
Ille sua nata dignam uixisse sororem
Increpat: & lachrymas uidimus ire deo.
Et tamẽ emerui generosos uestis honores
Nec mea de sterili facta rapina domo.
Te lepide & te paule meũ p9 fata leuamẽ
Condita sunt uestro lumina nostra sinu
Vidim9 & fratrẽ sellã geminasse curullẽ
Consule quo facto tempore rapta soror.
Filia tu speciem cẽsuræ nacta paternæ
Fac teneas unum nos imitata uirum.
Et ferie sulcite genus: mihi cymba uolẽti
Soluitur aucturis tot mea fata malis.
Hæc ẽ fœminei merces extrema triũphi
Laudat ubi emeritũ libera fama rogũ.
Nunc tibi cõmendo cõia pignora natos
Hæc cura & cineri spirat inusta meo.

Vrbisq; q̃relis defleta. Obitũ meum: inquit cornelia: defleuit totus populus romanus: & lamentationib9 me defunctã est prosequutus. se quoq; ab Augusto defletã fuisse gloriatur. Ille sua nata. Sẽsus ẽ august9 gemens dicebat me uixisse sororẽ dignam filia sua Iulia: quã tulerat ex scribonia mea genitrice. Deo. Augustum uidimus lachrymantẽ. cui ituẽti diuinos honores romani cõcesserũt. Vestis honores. Signare uidetur uestẽ matronalẽ: quæ. s. concedit mulieribus matronisq; fecundis: q̃ matres triũ liberorũ factæ sunt. ait enim se duos filios lepidũ & paulũ reliquisse & unã filiam. Sellam geminasse curullem. Bis gessisse curules magistrat9. marullis enim sella dicebatur a curru: quo soliti sunt senatores honoris gratia in curiam uehi: qui curullẽ magistratum gessissent: in quo curru scella esset: supra quam considerent. autor Gelli9 in tertio. erat hæc sella ebur nea: & a poetis dicitur ebur curulle. De consulari sella intellexit Ouidius illo uersu. Et noua conspicuum pondera sentit ebur. Curules ab Ethruscis: ut multa alia insignia magistratuum translatæ fuerunt: ut Dionysius & Macrobius tradiderunt. Scribit Silius a Vetulonia ciuitate Ethruriæ hæc ornamenta mutuatos esse Romanos. Hæc altas eboris decorauit honore curules. Nos imitata. Optat filiæ monogamiam ut ita uni soli nubat: sicut ipsa factitauerat. Cymba uolenti soluitur. Ait Cornelia se libenter mori: & cymbam charontis non inuitam conscendere: quoniam diu uiuendo mors sua efficeretur calamitosior cum cogeretur uidere funera filiorum. Emeritum rogum. Mulier quæ laudatur post mortem uere uixit in laude: & hic est quasi triumphus fœmineus laudari post obitum: cum fama liberior est: & linguæ liberrimæ

Spectat iniusta. Cura inqt filiorũ etiã uiget apud me defunctam. ex quo significat amorẽ quo mres filios prosequuntur, nec ipsa quidem morte aboleri posse. qua cuncta abolentur. Adiice mater. legendum est ma

tris. & eſt ſenſus. cum eo marite oſcula paterna dederis filiis addiſcito matris oſcula. hoc eſt implē utriuſq; parentis officium. Sine teſtibus illis. Hoc eſt cum dolori indulgere uolueris fac ne teſtes ſint filii lachrymarū: & coram illis dolorem ipſe compeſcito: ſicut ariam factitauiſſe legimus. Siccis genis. accipe pro tegumentis oculorum quæ alio nomīe palpebræ dicuntur. De genis ſupra dictum eſt. ſiccas appellat non lachrymoſas. Sat tibi ſunt noctes. Habes inquit noctes quibus poteris de obitu meo lamentari ſatis ac ſuper: filiis nō uidentibus: dies uero totos eſto lætus ſiue læto ſimillimus: & age obliuioſum. Somnia in faciem meam. Multos habet filios ſomnus ut poetæ fabulantur: inter quos eſt Morpheus artifex & ſimulator humanæ figuræ ſcientiſſimus: qui olim induta facie ceycis naufragi apparuit alcyone dormienti. dicit cornelia ſatis eſſe marito ſomnia quibus ipſam uidere ſe credet per morphea ſcilicet ipſius faciem induentem. & illi in ſomnis ſe ingerentem. Noſtra ad ſimulachra. Oſtendit imaginem ſuam fuiſſe in cubiculo maritali. & antiqui: ut iam diximus: habebant imagines in larario eorum: quos uenerabantur. Tace. melior lectio eſt iace: ut dicat iace: & dic uerba tanquam ad illa ego ipſa ſim reſponſura. Seu tamen aduerſum apoſtropha eſt ad filios: quos docet qua modeſtia uti debeant ſi pater ſuperdixerit nouercam. lectum aduerſum appellat nouercalem. Collata priori Nolite inquit nouercam mihi compare neq; me immodicis laudationib⁹ extollere: quoniā illa exiſtimabit meam laudationē eſſe ſuam offenſam & criminationem.

Fungere maternis uicibus pr̄: illā meorū
Omnis erit collo turba ferenda tuo.
Oſcula cū dderis tua flētib⁹ adiice matris
Tota domus cœpit nūc onus eē tuum:
Et ſi qd doliturus eris ſine teſtibus illis.
Cum uenient ſiccis oſcula falle genis.
Sat tibi ſunt noctes q̄s de me paule ſatiges
Somniaq; in faciē credita ſæpe meam.
Atq; ubi ſecreto noſtra ad ſimulacra loq̄ris
Vt reſponſuræ ſingula uerba iace.
Seu tamē aduerſum mutarit ianua lectū
Sederit & noſtro cauta nouerca toro.
Cōiugium puerī laudate & ferte paternū
Capta dabit ueſtris moribus illa manus
Nec matrem laudate nimis. collata priori
Vertet in offenſas libera uerba ſuas.
Seu memor illa mea cōtētus māſerit ūbra
Et tanti cineres duxerit eſſe meos.
Diſcite uenturā iā nūc ſentire ſenectam
Cælibis ad curas nec uacet ulla uia.
Q d mihi detractū ē uſos accedat ad ānos
Prole mea paulum ſic iuuet eſſe ſenem.
Et bene habet nunq̄ mater lugubria ſūpſi
Venit in exequias tota caterua meas.
Cauſa perorata ē. flentes me ſurgite teſtes
Dū preciū uitæ grata rependit humus

Priori. ſ. mihi q̄ prior nupſi paulo. Memor ille. ſ. pater ueſter. Tāti dux. i. tāti fecerit me defunctā ut uelit uiuere in celibatu. Cælibis ad curas. Nulla īgt uia nulla ratio. nullū officiū a uobis ptereat erga patrē cælibē curandum ac fouendum. & ita monet filios ut patris ſenectā foueāt & indulgētiſſime curēt. Celebs dr̄ qui nō habet uxorē: & opponit marito. unde dixit Quinti. maritus an celebs. Lubricia ſumptū. Hunc locū ita corrigendū cenſeo. lugubria ſumpſi. & ita exiſtimo ſcripſiſſe Proptiū: ut ſit ſenſus. ego ex quo mater fui nunq̄ indui lugubria: hoc ē ueſtes lugubres. & ita ſignificat ſe nunq̄ uidiſſe funus aliquod ſuoꝝ: ſed oēs ſuperſtitites reliquiſſe Lugubria aūt abſolute dici ueſtimēta luctui accōmodata teſtis eſt Ouidius: qui ſic ait ī undecimo. Surge age da lachrymas lugubriaq; idue. & a Quintilia. dictū eſt: triſtiora lugubria. Tota caterua. Oēs inquit mei ſuperſtites funus meū & exequias celebrarunt: talis fuit fortuna. Qu. Metelli macedonici: qui cum ſex liberos relinq̄ret undecim nepotes reliquit. nurus uero generoſoſq; & omnes: qui ſe patris appellatione ſalutarent. xxvii. qui illatus eſt rogo a quattuor filiis: uno prætore: tribus cōſularibus: duobus triumphalibus: uno cenſorio. Cauſa perorata eſt. tanquaꝫ ī iudicio cauſam egerit inſtar oratoris ſe poraſſe ſignificanter & ꝓprie dicit. enim peroratio una ex partibus orationis: in nouiſſimo loco collocata: quā: ut ſcribit Quintilian⁹ in ſexto: quidā cumulum: concluſionē alii uocant. in qua interdū q̄ breuiſſima rer̄ repetitio fit: quæ per capita decurrit: quæ græcæ dicit anacephaleoſis. ſi latine interptari uelis nō abſurde dicetur recapitulatio. & hac uſus ē Apuleius per quā ſcienter in poratione ſuæ apologiæ. quando cā una a pluribus defendebatur: perorationem Ciceroni omnes relinquebāt: tanq̄ in porando dominantē: ſicut & ipſe in oratore gloriatur. Flentes me ſurgite teſtes. Ex iudiciali romanoꝝ conſuetudine tranſlatū ē: apud quos: ubi omnia quæ dicenda fuerant in cauſa: dicta erant: teſtes dabantur: qui teſtimonium dicturi ſurgebāt ex ſubſelliis: in quibus ſedebant in iudicio: qui tunc ſuſpecti habebantur: quando ſedebant inter ſubſellia accuſatorum. unde eſt illud Ciceronis in oratione pro flacco. hoc uero quid eſt? teſtes una ſedēt ex accuſatorū ſubſelliis ſurgunt. & in oratiōe pro roſcio amerino ait. nemo utitur eo teſte qui ſurgit ex accuſatoris ſubſellio. ſcribit Aſconius ipſum accuſatorē ſuos etiam teſtes interrogare conſueuiſſe. Cicero acturus in uerrem hoc commentus eſt ut orationē perpetuam uſitatāq; accuſationē prætermitteret. ſed tantummodo ciraret teſtes ad unū quodq; crimen expoſitum: & eos hortenſio interrogandos daret: quo Ciceronis artificio ita ē fatigatus hortenſius: ut nihil contra quod diceret inueniret: ipſe etiā uerres deſpato patrocinio ſua ſpōte diſcederet in exiliū. Ait nunc cornelia. poſtq̄ poraui cām: uos teſtes ſurgite. ſ. ex ſubſelliis ad dicendum teſtimōium: ſed ita ut me ipſam defleatis. Dum ꝑcium uitæ. hoc eſt dū grati homines rependunt mihi ꝑcium uitæ: quā ſancte & pudice egi laudando. ſ. me poſt obitū: tanq̄ laudatio mortaliū ſit defunctis pro præmio q̄ bene uixerit. ueldicit

Morib9 & cœlũ patuit: sim digna merẽdo
Cuius honoratis ossa uehantur aquis

Eiusdẽ Philippi beroaldi endecasyllabon.

Quisquis carptor es & calumniator.
Quisquis liuidius, osor, obloquutor:
Et lolliginis oblitus cruore.
Quisquis rictibus improbus caninis
Adlatras decus eruditiorum
Sis quæso procul a meis libellis.
Non scribo criticisq; zoilisq;.
Non scripsi tibi, iure non uocatus
Conuiua eiicitur. quid impudenter
Te in cœna aspicio mea accubantem?
Quæ non est tibi cocta delicate.
Illi fercula nostra condiuntur:
Qui luxum altilium probat: nec idem
Fastidit tenuem tamen paratum:
Cui uel reliquiæ placere possunt.
Tu uero stomachose nauseator:
Tantis singula dente qui superbo:
Aut mensas mihi pone lautiores:
Nostra aut uescere cœnula libenter.
Nos hæc quantulacũq; sunt benigno
Lectori ingenuoq; candidoq;
Passim scribimus: & damus legenda.
Vni sed tibi mine dedicantur:
Quem non sors mihi iudicem parauit:
Sed quem pagina nostra nominatim
Delegit sine prouocatione.
At tu iudice gaudibunda tali
Esto pagina: qui tibi aduocatus
Iam iam ex iudice fiet & patronus
Multa præditus eruditione.
Pollens consilio: disertus ore.
Vnus qui merito potest uocari
Orator bonus & bonus senator.
Iam liuor uacet: improbiq; mussent.
Imperterritus exeas libelle.
Mino uindice nil tibi est timendum.

Finis.

terram sepulchralem sibi sepultæ esse leuem. Tunc enim humus dicitur ꝑcium rependere: quando nimio pondere non infestat cineres sepultorum. In hanc sententiam ẽ illud Martialis. Sit tibi terra leuis. Moribus & cœlũ patuit. Ob mores inquit sanctissimos meruerunt fœminæ probatissimæ in cœlo domicilium: quod ad eas referri potest quæ inter sydera collocatæ fuerunt ob probitatem: ut uirgo: ut astrea: uel ad eas heroidas: quarũ animæ habent in cœlo certum constitutum locũ: quæ morum sanctitate commendatæ & fama ad cœlum usq; peruectæ sunt: ut penelope: ut lucretia: & id genus q̃plurimæ. Sim digna merendo. Vtinam inquit beneficio morum & uitæ bene actæ merito digna existimet fœmineo post obitum triũpho. Elocutio est metaphorica. nã ut uictoribus dabatur triumphus ob rem bene gestam: & curru quadriiugo pompa triumphali in urbem inuehebantur: ita optat Cornelia sibi defunctæ ob merita decerni ornamẽta fœminei triumphi: & ossa sua uehi eqs honoratis: hoc est triumphalibus: tãq̃ primaria sit & fœminea uirtute præcellens in grege mulierum: sicut excellentissimus est imperator: cui ob uirtutem triumphalia insignia decernuntur. Habes magnifice senator litterarumq; patrone lucubratiunculas nostras in Propertiuꝫ: quas quantulæcunq; sunt boni consulas rogamus. Vos autem lectores omnis quæso ne prius nos uellicare uellitis: q̃ uellicatione dignos reperieritis: nec pri⁹ nostra obelisco confodere: q̃ uos asterisco illuminanda deprompseritis. Videor mihi meo more facturus si commentarios endecasyllabis clusero. Finis.

Impressum Venetiis per Ioannem de Tridino de Cereto alias Tacuinum. M.D. dieuero. xix. Maii Regnante inclyto Principe Augustino Barbadico.

Hieronymi Salii fauētini in iuidū carmē.

Inuide qd laceras facūdi ſcripta philippi?
Q uid laceras tātum liuide turpis opus?
Nō ſūt iſta qdē triuiali iudice digna:
Cōueniunt doctis ſcripta ſeuera uiris.
Iſta legant docti: tu liuide triſtis abito:
I: fuge (ni ſapias) zoil⁹ alter eris. (lippi.
At uos qui ſapitis uigilata hæc ſcripta phi
Sumite: q̄ uobis perplacitura puto:
Q uōdā dur⁹ erat: latuitq; pptius: at nunc
Lucidior uatum nullus in orbe uiget.
Coſtabūt uobis obſcura ænigmata centū
Non ulli noſtris cognita temporibus.
Carmina p̄terea ſubiunxit paucula: certe
Q uæ ſunt pieriis cuncta rigata uadis.
Tu fœlix igitur: totum diſcurre per orbē
Nec te detineat garrula turba liber.
Sit ſatis hoc: placeas dū paucis: oia nā: q̄
Cōueniūt raris auris⁹: illa ualēt. (exi:
Ne dubi tes: tibi docta choors fauet: ociuſ
Ne timeas: Mino uindice tutus eris.



a
Tibullus cum
amatas mulier,
hoſtibus patriæ
res antequam
b
Aſper eram
orbe rota.
in ſtructura
cydnus ubi
c
Pellite ma.
tereti uerſabat
Pura tenent
qua hic
d
rum more
iii. Quod
Fœlices cantus
e
ueniret. Poſtea
cta domum
itineris æſtuatione
f
Antonius pat,
Palladius
Quoi dono
Aureolum malum
g
Cœnabis bene
Commendo tibi
apud Liuium
ui ſunt ut
h
ro condita
fuit cariæ
Lachrymis
Myrmice: tarde
i
Bononienſis
Soccum: ſoccus
Tardet ingenuus
Sordebant, ſor,
k
Sonipedibus.
Religatq; iuga
nutricum tenus
Hæc ueſtis
l
Prometheus.
Expers ter.
Ramnuſia
facit. Qualia
m
Ac ue. elegans
Falſiparens.
Pro aliis
n
Leſbia mi.
Gingiuas ueteris
Si quicquam ta.
o
Emendationum
iudicium noſtrum:
p
Ad magnificum
Valerius refert
Et arma manu
melæ toxica
q
tes externos.
conquerens de
Hæc certe
paſſus eſt hercules
r
dii illum perdant.
Non ita complebant
inquit Hora.
ratis a calcaneo
ſ
nec tetigit campi
incuruorum hominum
Cynthiæ quærelas
illa munera. ſ.
t
poetas. Martialis.
alis: quæ maiores
ait Pli. oſſa cæpta
peregrini amotoris
u
aquarum ſcaturientium
tenta tonant palmis
quæſtionum. Manus
ræ uentos quoq;
x
quæ inter præcioſa
Lucanus miſeranter
trabes ſine fulturis
ram qui arcum
y
buit quæ mox
tur: & pyreo
propter nemus
ſi adhibuiſſet
z
dicunt: corbulæ
monſtrati belga
Hornis agnis.
&
ſticolonia eſt
ludoſq; illic
corpus quod
ↄ
inquit ſacro
carminis: a
conſolatur: recenſet

